D. This man is the Brides father: it might not otherwise be compassed, to make him understand these things that we would have him.

M. Why then, thou shouldst have told me so before.

D. I pray thee now, and doest thou think but small difference betweene that, that one doth in good earnest, and that which is done for the nonce?

Formulæ loquendi.

Quæ opus fuerunt paravi. I have made ready all such things as were necessary; I have prepared all things which were needfull.

Quid turbæ est? What adoe, or hurly-burly is there?

Quid hominum litigant? What a sort of men are there chiding?

Annona cara est. Corne is at a high price; victuals are deare; belly-timber is hard to come by.

Hic unde est? Whose man is this fellow? whence is he? to whom doth he appertaine?

Satin sanus es? Art thou well in thy wits?

Miror unde sit. I marvell whence he came.

Concede ad dextram. Come hither on my right hand.

Dic clarè. Speake out aloud.

A vobis est. He is one amongst you, or of your companie.

Impudenter facit. He playes a shamelesse prank.

Tibi idoneus non sum in quo sic illudas. I am no fit man for thee to mocke withall.

Dii te eradicent. God send thee ill thriving.

Facinus est animadvertendum, It's a fact well deserving death.

In pariundo aliquot fuerant liberæ, There were some free-borne women at her travell.

Diis habeo gratias, I thanke God with all my heart.

Tanto hercle magis dabit. In faith he will give it so much the sooner.

Vt tu sis sciens. I would thou shouldest well know it.

Hunc in mediam viam pervoluam, & in luto. I will rumble this fellow into the midst of the street, and in the mire.

Susurrari audio, I heare a whispering.

Coactus legibus eam ducit uxorem, The lawes of our Land constraine him to marry her.

Est iocularium malum. It is a shrewd jesting; I like no such sport.

Per tempus advenis, You come in pudding time, you come as well as may be.

Audivi à principio omnia, I have heard every thing from the beginning.

In cruciatum abripitur. He is had to the stockes, bridewell, jayle; he is haled to punishment; he is drawne to execution.

Te ludit, He plaies the foole with thee; he mockes thee.

Alio pacto haud poterat fieri. It could be done no waies else; this was the only way to doe it.

Paulum interesse censeo. I thinke there's no great choice; little difference; scarce either barrell better herring.

Sententia.

Mirum vero impudenter mulier si facit meretrix.

Fallacia alia aliam trudit.

Qui facinus animadvertendum facit, eum in cruciatum abripi oportet.

Paululum interesse censeamus, ex animo omnia, ut fert natura, faciamus, an de industria?

ACT. IV. SCEN. V.

Argumentum.

Crito veniens ex *Andro* Athenas, de *Glycerio* percontatur an parentes reperit suos. Audiens nondum reperisse, dolet, quod videat hoc sibi obfuturum in adeunda hæreditate.

CRITO, hospes. MYSIS, DAVVS.

IN [a] *hac habitasse platea dictum est Chrysidem:*
[b] *Quæ se inhonestè optavit parare hic divitias*
Potius, quam in patria honestè pauper vivere.
Ejus morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter video: salvete. M. [c] *obsecro,*
Quem video? estne hic Crito *sobrinus Chrysidis?*
Is est. C. 6 Mysis, *salve. M. salvos sis* Crito.
C. Itane [d] *Chrysis? hem. M. nos quidem pol miseras perdidit.*
C. Quid vos? quo pacto hic? satisne recte? M. nosne? sic
[e] *Vt quimus, aiunt, quando ut volumus non licet.*
C. Quid Glycerium? *jam hic suos parentes reperit?*

a Occasio catastrophes, nam senex casu interveniens discutit periculum.
b Pulchra contentio.
c Admirantis.
d Sub. periit. commiserantis est.
e Proverbium.

M. minam.

M. utinam. C. an nondum etiam? haud auspicatò huc me [f] appuli.
Nam pol si id scissem, nunquam huc tetulissem pedem.
[g] Semper enim ejus dicta est hæc, atque habita est soror:
Quæ illius fuerunt, possidet. [h] Nunc me hospitem
Lites sequi, quàm hic mihi sit facile, atque utile,
Aliorum exempla commonent: simul arbitror,
Jam esse aliquem amicum, & defensorem mei, [i] nam sire
Grandiuscula jam profecta est illinc; clamitent
Me [k] sycophantam hæreditatem persequi,
Mendicum. tum ipsam dispoliare non licet.
M. Optume hospes pol Crito [l] *antiquum obtines.*
C. Duc me ad eam: quando huc veni, ut videam.
M. Maxime.
D. Sequor hos. Nolo me in hoc tempore videat senex.

f Metaphora translata à navigio.
g A possibili & utili.
h Hæc singula emphasin habent.
i Ratio ab ætate.
k i. Calumniatorem, & est proverbiale.
l Eclipsis sub. morem aut ingenium.

Moralis expositio.

In *Critone* est probi honesti, & gravis viri imago atque exemplum. Res nostræ subinde non sunt quales quis optaret, sed quales esse possunt.

ACT. IV. SCEN. V.

The Argument.

Crito *comming from Andros to Athens, enquires whether* Glycerie *have found out who be her parents or no: and understanding that she hath not yet found them, he is therewith much grieved, because that matter doth hinder his enioying of the goods falne unto him by* Chrysis *death.*

CRITO, the Stranger. MYSIS, DAVVS.

IT was told mee, that heere in this street dwelt *Chrysis*, who chose rather in this towne to gather goods, with dishonesty, then to leade an honest poore life in her owne countrey. By whose death, those same goods by right of law, are come unto mee. But I see now of whom I may enquire. God speed you.

M. I pray you whom doe I see? Is not this *Crito*, cousin germane to *Chrysis*? it is even he.

C. O *Mysis*, God save you.

M. And you also good *Crito*.

C. A lacke for pitie, and is *Chrysis* dead indeed?

M. Yea truly forsooth, we poore soules are undone by her death.

C. Why what doe you? how goeth the world with you? all well?

 M. What

M. What we? Truly, (as the proverbe goeth.) *We doe as we may, sith we may not as we would.*

C. How fares *Glycerie*, hath she found out yet who be her parents here?

M. Would God she had.

C. Why then, and hath she not? then in a nill houre am I come hither. For in good sooth if I had known this, I would never have set foot forward in this journey hither. For she hath ever beene held and reputed for *Chrysis* owne sister. Shee is in present possession of all that the other had: and now for me a stranger to go follow sutes and brabbles in law, how easie & profitable a matter were that for me to doe heere; even the examples of other doe foreshew mee. Besides that, I cannot but thinke, that shee hath now some friend and defender, for she was of meetly good age and stature, when she went from us. I shall be exclaimed upon to be a beggerly fogger, greedily hunting after heritage. And moreover it were no reason to spoile her of that she hath.

M. O gaffer *Crito*, in good sooth full well doe you keepe your old wont still.

C. Well, sith I am come hither, bring me to her that I may yet see her.

M. With a very good will.

D. I will follow these, but I would not for any money, that the old man should now see me.

Formulæ loquendi.

In hac habitat platea. He dwels in this streete or gate-row.

Inhonestè parat divitias. Hee gets his wealth with bribery, dishonestly

Honestè pauper vivit. He lives poorely, yet honestly. Hee lives like an honest poore man.

Ad me legitimè redierunt bona. The goods fell to me by right of law.

Quos percontor? Of whom shall I enquire?

Nos perdidit omnes. He hath undone us all, every mothers childe of us.

Quo pacto hic? How doe you all here?

Satis ne rectè agitur? What, are you all in good health? is all well with you?

Haud auspicatò huc me appuli. In an unlucky houre came I hither.

Huc non tetulissem pedem. I would never have come hither, or set foot forth to come hither.

Semper lites sequitur. Hee is a troublesome fellow; he is alwaies in sute with some man; he is never out of the court.

Grandiusculus huc profectus est, He was a good stubble boy: a pretty bauckt lad, and of a good stature when he went from hence.

Aliorum exempla commonent. Examples of other men doe testifie, teach or shew.

Hæreditatem persequitur. Hee is now at law for his inheritance. Hee sues for his patrimony.

Disposiavit nos omnibus. Hee hath not left us a dish to eate our meat in. He hath stript us of all. We are spoiled of all that we have by him. He hath left us as bare as a birds taile.

Antiquum obtines. There's no alteration with you; you are the same man that you were; old-sureby, no flinsher. You retaine still your old conditions.

Nolo me in hoc tempore videat. I would not he should see me now.

Sententiæ.

Tanta nonnullis innata est vecordia, ut inhonestè optent parare divitias potiùs, quam pauperes honestè vivere:

Sic vivere ut quimus semper, quando ut volumus facere, non licet.

De nostro jure nonnunquam remittendum, nam lites sequi nec facile semper cuiquam, nec utile est.

Aliorum exempla nos commonent officium.

Alterum

Alterum alteri despoliare non licet hominem.

Antiquum semper obtinet vir gravis ac probus.

ACT. V. SCEN. I.

Argumentum.

[a] *Simo* cupit fieri nuptias, generum abdicat *Chremes* ob natum ex *Glycerio* puerum.

CHREMES, SIMO.

[a] *Satis jam satis*, Simo, *spectata erga te amicitia est mea,*
Satis periclí cœpi adire: orandi jam finem face.
Dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiæ.
S. Immo enim quam maxime abs te postulo atque oro Chreme,
[b] *Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.*
C. Vide quam iniquus sis præ studio, dum efficias id quod cupis,
Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogites.
Nam si cogites, remittas jam me onerare injuriis.
S. [c] *Quibus? C. ab rogitas? perpulisti me, ut homini adolescentulo*
In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,
Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias:
Ejus labore, atque ejus dolore gnato ut medicarer tuo.
Impetrasti: incæpi dum res tulit: nunc non fert, feras.
Illam hinc civem esse aiunt, puer est natus, nos missos face.
S. [d] *Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere*
[e] *Quibus id maxime utile est, illum esse quam deterrimum.*
[f] *Nuptiarum gratia hæc sunt ficta, atque incæpta omnia,*
Vbi ea causa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, desinent.
C. [g] *Erras. Cum* Davo *egomet vidi jurgantem ancillam. S. Scio. C. at*
Vero vultu, cum ibi me adesse neuter tum præsenserat.
S. [h] Credo: *id factivus,* Davos *dudum prædixit mihi.*
Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere.

a Ad finem epitaseos facit hæc nova turba.

b Elegans sermo.

c Accusatio est, & enumeratio injuriarum, scilicet ob amorem meretricis.

d Defensio per conjecturam à delatorum commodo.

e Arg. à persona, & à causa ratiocinativa.

f A causa finali.

g Reprehensio Simonis cum Davi testimonio: estque infirmatio à signo.

h Refutatio signi à præmonitione antegressa.

Moralis expositio.

Non temere fit periculum in puella.

Inconsultò filia collocatur adolescenti amanti, & ducere nolenti.

Querelæ inter amicos oriuntur aliquando, cum in officiis præstandis à recto is discedit, ac exigendis, qui propria commoda respiciens, rebus amici consulere non videtur.

ACT. V. SCEN. I.

The Argument.

Simo *earnestly desireth to effect this marriage*: Chremes *on the other side utterly renounceth* Pamphilus *for his sonne in law, because he hath a childe by* Glycerie.

CHREMES, SIMO.

WEll, neighbour *Simo*, you have now had triall enough, and enough againe of my love and friendship towards you. I began to enter into danger farre enough for you. Now at length cease your intreating: for while I bent my selfe to follow your fancy, I had wellnigh cast away my daughter.

S. Nay rather (neighbour *Chremes*) I most instantly request and beseech you, that you will now performe indeed, the good turne that erewhile you promised me on your word.

C. See how unreasonable you are, respecting your owne desire: so you may bring to passe that you would have, you neither regard a meane in courtesie, nor yet consider what you request at my hands: for if you did, you would (now at last) give over to cumber me with your unreasonablenesse.

S. With what unreasonablenesse?

C. Why, and do you aske me with what? Marry, sir, you enforced me thus far, that to a loose young man intangled in love with a strange harlot, & utterly misliking marriage, I should give my daughter to wife, to be in daily discord, and uncertaine state of wedlocke, to the end that with her travell & trouble, I might heale your sonnes disease; you obtained this at my hands, & I went about it while there was any boote, but now it bootes not; you must therefore beare with me. They say that same woman is free-borne of this Citie. She is delivered of a childe. Seeke to trouble us no further, let us alone.

S. I beseech you for Gods sake, not to give your minde to credit those whose greatest profit groweth by my sons most lewd living. All this is but forged & framed for the nonce, by reason of this marriage; when the cause why they do this is but once taken away, then will they cease.

C. You are deceived, for I my selfe saw her chiding and brawling with *Davus*.

S. I grant you.

C. Nay, but in right good earnest, when as neither of them both was aware of my being there.

S. I beleeve it well, & that they would doe so, *Davus* foretold me a pretie while since; and I wot not how I have forgot to tell you now otherwise then I purposed.

Formulæ loquendi.

Satis spectata erga te amicitia est mea. My good will is well enough or sufficiently knowne.

Satis periculi adire cœpi. I jeoparded almost farre enough.

Orandi finem facito. Cease to intreat me any more. Leave to pray me any longer.

Obsequi tibi studeo. I would gladly follow your minde. I tender your pleasure; I apply my selfe to follow your fancy.

Pæne vitam illuserat suam. He had almost cast himselfe quite away.

Quam

Quam maxime abs te postulo. I pray with all my heart, I pray you heartily.

Beneficium initum comprobat, He performes the pleasure begun. As he began it, now he accomplisheth it.

Inivit beneficium verbis. He hath promised to doe me a pleasure in words.

Præ studio iniquus est. Vnreasonable is he for affection sake.

Remittas me onerare injuriis, Cease to overlade, charge, or cumber me with unreasonableneſſe.

In amore occupatus. Hee is overcome, and intangled in love.

Abhorret à re uxoria, He desieth marriage; he is nothing minded to marry; his heart is cleane set against a wife.

Filiam in incertas nuptias dedit, He hath married his daughter to one it may bee that will turne her out of the doores home againe.

Eo dolore sum tibi medicatus, I cured you of that diseaſe. I delivered you out of that paine.

Ne illis animum inducas credere, Let it not sinke into your minde to beleeve them. Give no credence to them.

Hæc sunt ficta omnia, Nothing of all this is true; all these things are forged and fained.

Causa adempta est, quamobrem hæc faciant. There's no cause why now they should doe these things.

Jurgavit cum eo, He did fight or chide with him.

Erras, Thou art wrong. Thou art wide, beguiled, or deceived.

Vero vultu jurgabant. They chode in good sadneſſe.

Adesse me nemo præsenserat. No body perceived that I was nie.

Dudum prædixit. He told me so right now, erewhile, or a little while agoe.

Hoc tibi, ac volui, dixi. I have told you this which I had not meant. My meaning was not to have spoken of this to you.

Sententiæ.

Id hominis est probi, beneficium verbis initum re comprobare.

Iniquus est, qui dum efficiat id quod cupit, neque modum benignitatis, neque quid alterum oret, cogitat.

Aliquibus id maxime utile est, alios esse quam deterrimos.

Homini in alio occupato amore filiam collocare, est eandem dare in seditionem, atque incertas nuptias.

Non impetrare aliquando postulatum ab amico, si res ita fert, æquo animo ferendum est.

ACT. V. SCEN. II.

Argumentum.

In hac Scena *Simo* cum audit venisse, qui *Glycerium* dicat esse civem Atticam, ira accensus *Davum* intro raptum conjicit in vincula, & miro artificio patris ac domini offensi consuetudinem exprimit *Terentius.*

DAVVS, CHREMES, SIMO, DROMO servus.

A*Nimo*[b] *jam nunc otioso esse impero. C. hem.* Davus *tibi,*
Vnde egreditur? D. meo præsidio, atque hospitis. S. quid illud mali est?
D. Ego

b Lætitia exeuntis à Glycerio Davi ob adventum Critonis.

D. Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi. S. [e] *scelus,*
Quemnam hic laudat? D. omnis res est jam in vado. S. cesso alloqui?
D. Herus est: quid agam? S. [d] *ô salve bone vir. D. hem* Simo, *noster* Chreme,
Omnia apparata jam sunt intus. C. [e] *curasti* [f] *probe.*
D. ubi voles, accerse. S bene sane: id enim vero hinc nunc abest.
Etiam tu hoc respondes? quid istic tibi negotii est?
D. [g] *Mihine? S. tibi ergo. D. modo introii. S. quasi ego quamdudum, rogem.*
D. Cum tuo gnato una. S. anne est intus Pamphilus? [h] *crucior miser.*
Eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias, carnifex?
D. sunt. S. cur igitur hic est? C. [i] *quid illum censes? cum illa litigat.*
D. Immo vero indignum, Chreme, *jam facinus saxo ex me audies.*
Nescio quis senex modo venit: [k] *ellum confidens, catus.*
Cum faciem videas, videtur esse quantivis pretii.
Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides.
S. Quidnam apportas? D. nihil equidem, nisi quod illum audivi dicere.
S. Quid ait tandem? D. Glycerium *se scire civem esse Atticam.*
S. [l] *Hem* Dromo, Dromo. *Dr. quid est? S.* Dromo. *D. audi. S. verbum si addideris:* Dromo.
D. Audi obsecro. Dr. quid vis? S. sublimem hunc intro rape, quantum potes.
Dr. Quem? S. Davum. *D. quamobrem? S.* [m] *quia lubet.* [n] *rape inquam. D. quid feci? S. rape.*
D. Si quicquam mentitum invenies, occidito. S. nihil audio.
Ego jam te commotum reddam. D. tametsi hoc verum est. S. tu tamen
Cura adservandum vinctum, atque audin? quadrupedem [o] *constringito.*
Age nunc: jam ego pol hodie, si vivo, tibi
Ostendam, herum quid sit pericli fallere, &
Illi patrem. C. ah, ne sævi tantopere. S. Chreme,
[p] *Pietatem gnati nonne te miseret mei?*
Tantum laborem capere ob talem filium:
Age, Pamphile, *exi* Pamphile. *ecquid te pudet?*

e Ad sensum retulit: nam propter sensus verba: non propter verba sunt sensus.
d Salutatio nimis ironica.
e Ironia irati senis.
f Indignanter dicitur.
g Repetit idem verbum, quia non habet quod respondeat.
h Vox trepidantis & perplexi.
i Chremes Simonem irridet. Audet plusculum servus, quia nihil restare periculi potuisset, non fert id impune.
k Valla. i. ecce illic virum; subintellige de quo agebatur.
l Hic per tumultum tota oratio interrumpitur.
Davi verbo commotus, servum lorarium vocat, qui loris, i. coriis alios servos verberat.
m Davo dicit.
n Hoc Dromoni.
o Decorum comicum servat, non procedendo ultra vincula ad necem, quod tragicum erat.
p Subspecta. & hic est ἀντίφρασις.

Moralis expositio.

Ter conatur servus fallere: sed suæ perfidiæ dat pœnas.

Non cuilibet concedditur testimonii dictio.

Sub *Davi* exemplo docemur, servus nimia calliditate maloque proposito grassantes, multumque sibi tribuentes, aut mendaces, puniendos esse.

Fiunt licentia peiores servi, & mandaciis freti domus disciplinam confundunt.

ACT. IV. SCEN. II.

The Argument.

Simo *hearing by* Davus, *that there was one come which affirmed* Glycerie *to be free-borne of Athens, in a great rage causeth* Davus *to be had into the prison fast bound. And hercin* Terence *doth lively expresse the usuall manner both of an angry father, and also of an angry master.*

DAVVS, CHREMES, SIMO, DROMO the Jayler, or whipping Beadle.

AT my word now at length set your heart at rest.

S See where *Davus* is.

Whence comes he?

D. What, through my helpe and yonder stranger.

S. What knaverie is that?

D. I have not seene a meeter man, a more convenient comming, nor a fitter time.

S. Whom doth this varlet praise thus?

D. Now all is out of danger.

S. Why do I linger to speake unto him?

D. My master is here. What shall I doe?

S. O, all haile to you honest man.

D. Now master, and master *Chremes*, all things be in readinesse within.

S. Oh it is trimly done of you.

D. Now send for him when you will.

S. Very well; surely that is the cause he is now absent. Nay but answer me to this; what businesse hast thou there?

D. Who, I?

S. Yea, you sirra.

D. I went but even now.

S. As though I aske how long agoe it was?

D Your sonne and I went in together.

S. Why then, and is *Pamphilus* within? I am still vexed, unhappy man that I am. Why thou hangman thou, didst thou not tell me that they are fallen at debate?

D. So they are.

S. What makes he there then?

C. What thinke you that he is doing? he is sure chiding with her.

D. Nay, but master *Chremes*, you shall heare me tell you a notable strange matter; I wot not what old man is come yonder even now, but to looke to, he is a substantiall and lustie man, if you saw his face, you would take him for an upright honest man. In his countenance is sad gravitie, and his words do sound of truth.

S. What tidings bringest thou?

D. Nothing forsooth, but that I heard him say.

S. And what saith he, I pray you?

D. Marry that he knowes *Glycerie* to be a free-borne woman of Athens.

S. Hough, *Dromo, Dromo.*

Dr. Whats the matter?

S. *Dromo.*

D. Why, heare me sir.

S. If thou speake one word more; *Dromo.*

D. I beseech you heare me.

Dr. What would you have sir?

S. Hoise up this knave on thy backe, and carry him in as fast as thou canst.

D. Whom?

S. *Davus.*

D. Where-

D. Wherefore?

S. Because I will have it so; take him away, I say.

D. What have I done?

S. Away with him.

D. If you doe finde that I have told you any lye, kill me forthright.

S. I will not heare one word: I shall set thee in a heat by and by, I warrant thee.

D. What, notwithstanding I say nothing but truth?

S. Yea nevertheless, sirra: see thou that he be kept fast fettered; and hearest thou me? binde his hands and feet together. Now sir go to; if I live this day to an end, I will teach thee and him both, what danger it is for the one of you to beguile his master, and for the other to deceive his father.

C. Tush man, be not in so great a rage.

S. O *Chremes*, doe you not pitie mee, to see what unreverend regard my son hath toward mee? and that I should take so much travell for such a sonne? Well, go to, *Pamphilus*: come out here *Pamphilus*: is there no shame in thee?

Formulæ loquendi.

Animo ocioso esse imperio. Lend or charge you set your heart at rest, quiet, ease: set all care aside at my word.

Cessat alloqui. He makes no hast to speak unto him. He defers to talke unto him.

Curasti probe. You have done well; finely done of you, you have looked well about you.

Vbi voles, me accerse. Send for me at any time at your pleasure.

Quid istic tibi negotii est? What businesse have you there?

Quamdudum introisti, rogo. I aske thee how long it is since thou wentest in.

Inimicitia est inter eos. They are not now cater-cousins. They are at dissention or debate one with another.

Cum eo lingat. Hee is chiding with him.

Faxo ut me audias. Thou shalt heare me.

Sic dicimus, faciam ut ad te scriberem: pro ad te scripsi. Cic.

Quum faciem videam, videtur esse quantivis pretii. When I looke on his face, hee seemes to bee a right honest man. If I should take him by his countenance, hee appears to be as substantial a man as any.

Tristis severitas inest in vultu. He hath a very grave countenance. His looke is full of sad gravitie.

In verbis inest fides. You may beleeve that he speakes. Hee saith nothing but truth. His word may be taken.

Verbum non addidit. He spake not a word more. He staide his talke there.

Sublimem hunc carnificem intro rape. Hoise this naughty wretch, knave, villain, caytiffe upon thy backe, and away with him.

Eum aliquid mentitum inveni. I have tripped him in his tale; I have found him a lyer in some things, I am sure he hath not told every thing truely.

Nihil audio. I will not heare thee one word.

Ego te commotum reddam. I will anger every veine in your heart. I will stirre or moove your patience.

Cura adservandum vinctum. See that he be kept fast in fetters; looke narrowly to him that he may not walke at libertie.

Quadrupedem constringito. Binde him and set him fast hand and foot; tie strait his hands and feet together like a calfe, or wring hard the beast.

Herum sefellit. He hath coozened, deceived, or beguiled his master.

Nesevi tantopere. Rage not so much, be not so angry, rigorous, fierce, cruell, or play not so much the tyrant.

Ob amorem mutuum miseret me tui. I pitie you for the good will I beare to you, as you doe to me.

Maxi-

Maximum laborem ob nihilum capit. He takes a very great deale of paines for just nothing.

Ecquid te pudet? Art thou not ashamed?

Sententiæ.

Omnis res est in vado.

De iniquo filio sæpe cruciatur honestus pater.

Caveamus homines, qui, cum faciem videamus, quantivis pretii esse videntur, quibusque tristis severitas in vultu, sed in verbis fides rara inest.

Potens sæpe non quærit quamobrem hoc vel illud, sed quod lubet, in inferiorem facit.

Iracundia nihil audit, & nimium sævit in animadvertendos.

ACT. V. SCEN. III.

Argumentum.

Simo acriter objurgat filium, confessus crimen filius veniam petit, ac se totum paternæ subjicit voluntati. Nimis commotum *Simonem* placare nititur *Chremes.*

PAMPHILVS, SIMO, CHREMES.

*Q*Vis[b] *me volt? perii, pater est. S. quid ais*[c] *omnium? C. ah.*
Rem potius ipsam dic: at mitte male loqui.
S. Quasi quicquam in hunc jam gravius dici possit.
Ain' tandem? civis Glycerium *est? P. ita prædicant.*
S. Ita prædicant? [d] *ingenuam confidentiam!*
Num cogitat quid dicat? num facti piget?
Vide,[e] *num ejus color pudoris signum usquam indicat?*
Adeo impotenti esse animo, ut præter civium
Morem, atque legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere studeat, cum summo probro?
P. *Me miserum! S. modone id demum sensisti,* Pamphile?
Olim istuc, olim, cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes aliquo pacto efficiundum tibi,
Eodem die istuc verbum vere in te accidit.
f *Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?*
Cur meam senectutem hujus solicito amentia? an?
Ut pro hujus peccatis supplicium ego sufferam?
g *Immo habeat, valeat, vivat cum illa. P. mi pater.*
S. Quid mi pater? quasi tu hujus indigeas patris?
h *Domus, uxor, liberi, inventi invito patre;*
Adducti qui illam civem hinc dicant; viceris.
P. Pater, licetne pauca? S. quid dices mihi? C. at
Tamen Simo *audi. S. ego audiam? quid ego audiam*
Chreme? *C. at tamen dicat sine. S. age dicat; sino.*
P.[k] *Ego me amare hanc fateor, si id peccare est, fateor id quoque.*

b Trepidatio Pamphili ad vocem patris.
c Aposiopesis, irato familiaris, quando pro dignitate peccati non invenitur convitium competens.
d Tragica accusatio per exclamationem & incrementũ, quæ mox exaggeratur circumstantiis.
e Quomodo assurgat.
f Correctio indignantis.
g Permissio iratis familiaris est.
h Mira gravitate hic sensus exaggeratur. Et oratorie pluraliter de uno tantum.
i Oratio pudoris plena.
k Amphibologia est.

Tibi pater me dedo, quidvis oneris impone, impera.
1 *Vis me uxorem ducere? hanc vis amittere? ut potero, feram.*
Hoc modo te obsecro, ut ne credas à me allegatum hunc senem.
Sine me expurgem, atque illum huc coram adducam. S. adducas? P. sine pater.
C. Aequum postulat. da veniam. P. sine te hoc exorem. S. sino.
Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar, Chreme.
C. Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri.

1 Difficultatem rei ostendit, resumpto verbo per indignationem.

Moralis expositio.

Irati parentes obedientia filiorum & blandis verbis placantur.

Parentes sese filiorum amentia excruciant.

Parentes sæpe pro filiorum peccatis supplicium sufferunt.

ACT. V. SCEN. III.

The Argument.

Simo *sharply rebukes his sonne: who confesseth his fault, and submitteth himselfe wholly unto his fathers pleasure.* Chremes *doth indeavour to appease the extreme rage of* Simo.

PAMPHILVS, SIMO, DAVVS.

VVHo calles me? oh I am undone, it is my father.

S. What saist thou? of all arrand.

C. Fie, goe to the matter, and cease your evill language.

S. Yea, as though there could be any name too ill for this fellow? Now sirra, doe you say the same too? Is *Glycerie* free-borne of this citie?

P. So it is reported.

S. Is it so reported? O wonderfull impudency, doth he consider whath he saith, thinke you? Is he any thing sorry for his misdeed? Nay but see, doth his colour any whit change, or shew any kinde of shamefastnesse? is it meet that he should be so unruly, as that contrary to the custome of his countrey men, contrary to law, and contrary to the minde of his father, and to his utter infamy & reproach?

P. Woe is me, forlorne man that I am

S. O *Pamphilus, Pamphilus,* doest thou perceive that now, and never before? long since iwis, long since, when thou gavest thy minde so lewdly, as that by one means or other thou must fulfill thy lust; lo even that very first day, hath this been truely said of thee. But what meane I? why do I vexe and disquiet my selfe? why doe I consume my selfe with care? why doe I weare my old age with sorrowing for his madnesse? Is it meet, that I should suffer punishments for his faults? nay rather let him have her: and farewell he, let him live with her and spare not.

P. My good father.

S. What call'st thou me thy good father? as who should say thou hast any need of this father: why you have got you a house, and wife; and children, and all maugre your fathers heart. There be also those brought that affirme the same queane to be free-borne of the same citie. Well, you shall have the victorie.

P. Fa-

P. Father, may I speake a word or two?

S. What wilt thou say to me?

C. O *Simo*, yet heare him.

S. I heare him, *Chremes:* what should I heare him?

C. Yet let him speake.

S. Why man speake: I let him not.

P. Father, I confesse I love that woman, and if that be an offence, I confesse that also; I submit my self into your hands, father. Lay upon me what charge you will; command me. Is it your pleasure I should marry a wife? will you have me forgo this woman? well, I will bear all as I may. Only this I beseech you, not to beleeve that this old man is come hither by my appointment. Give me leave to cleare my selfe, and that I may bring the man here before your face.

S. That thou maist bring him hither?

P. Yea father suffer me.

C. He craves but reason, give him leave.

P. Let mee obtaine thus much at your hands.

S. I am content; *Chremes*, I yeeld to any thing, so that I finde not my self to be deceived by this fellow.

C. Small punishment contents a father for a great offence in his sonne.

Formulæ loquendi.

Quis me vult? Who would speak with me?

Mitte male loqui. Leave your chiding or ill language.

In hunc grave dicit. He speakes ill or hardly of this fellow.

Non cogitat quid dicat. He passeth or regardeth not what he saith. His tongue runnes at randome. He hath no consideration of his speech. He lets his tongue wagge before his wit.

Non piget facti. He is never a whit sorry for the fact. He had rather have it done then undone.

Color ejus pudoris signum indicat. There's grace in him; one may see it in his face: His blushing shews a signe of honesty.

Impotenti est animo. He is of an outragious wilfull stomacke: he can not subdue, restraine, withdraw, or master his affections. He hath no government of himselfe at all.

Præter voluntatem illius hic habere studet. This labours to have it against his will.

Cum summo probro habeat. He may have it with shame enough. Let him take it to him with great reproach and dishonesty.

Modò id demum sensisti? Hast thou now perceived, or found it out at last, or never heretofore?

Ita animum induxti tuum. Thou hast so perswaded thy selfe.

Istuc verbum verè in te accidit. This saying may truely be laid on thee, or spoken of thee.

Se excruciat & macerat. He vexeth and frets himselfe away.

Pro tuis peccatis supplicium suffero. Thou committst the faults, and I beare the punishment, I beare off for thy offences or misdeeds.

Me hujus sollicito amentia. I trouble and vexe my selfe for his folly.

Hujus non indigeas. Thou standst in no need of this.

Viceris. You shall have your own minde or pleasure.

Licetne pauca? May I have leave to speake two or three words?

Tibi me dedo. I submit me unto you: I deliver or yeeld my self into your hands.

Quidvis oneris impone. Lay upon mee what burthen you will: charge mee with the greatest injunction you please.

Hoc amittam? Should I forgoe this?

Vt potero, feram. I will beare it as well as I can, I will suffer it as well as God will give me leave.

Hoc modò te obsecro. I desire but this of you.

Credas à me allegatum hunc? Can you imagine

imagine or beleeve I sent for this fellow?

Sine me expurgem. Let me, or give me leave to cleare my selfe.

Illum huc coram adducam. I will bring him thither face to face.

Aequum postul'at. He desires but reason.

Sine te hoc exorem. Let me entreat you this boone. Grant me this petition.

Supplicii satis est illi. He hath punished him enough; he hath had fully every way his penyworths of him.

Sententiæ.

Rem potius ipsam dicamus, & mittamus male loqui.

Color faciei pudoris signum indicat.

Impotenti est animo adolescens, qui præter ciuium morem, atque legem, & sui patris voluntatem, vxorem habere studet cum summo probro.

Pater benevolus sese excruciat, macerat & solicitat filii amentia.

Pro peccato magno filii paulum supplicii satis est patri.

ACT. V. SCEN. IV.

Argumentum.

Hæc Scena continet Andrii *Critonis* cum *Simone* & *Chremete* congressum, in quo error omnis fabulæ aperitur. Nam *Glycerium* ostenditur hic filiam esse *Chremetis*.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS.

MITTE [b] *orare: una harum quævis causa me, ut faciam, monet.*
Vel tu, vel quod verum est, vel quod ipsi cupio Glycerio.
Ch. Andrium ego Critonem *video? & certe is est. salvos sis,* Crito.
Quid tu Athenas insolens? Cr. evenit, sed hiccine est Simo?
Ch. Hic est. S. men' quæris? eho, tu Glycerium *hinc civem esse ais?*
Cr. Tu negas? S. itane huc paratus advenis? Cr. quare? S. rogas?
[c] *Tune impune hoc facias? tune hic homines adolescentulos,*
Imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem [d] *illicis?*
Solicitando, & pollicitando eorum animos lactas? Cr. sanusne es?
S. Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?
P. Perii, metuo ut subsistet hospes. Ch. si Simo *hunc noris satis,*
Non ita arbitrere bonus hic vir est S. hic [e] *vir sit bonus?*
[f] *Itane attemperate venit hodie in ipsis nuptiis,*
Vt [g] *veniret antehac nunquam? est vere huic credendum* Chreme?
P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probè.
S. Sycophanta. *Cr. hem. Ch. sic* Crito, *est hic: mitte. Cr. videat, qui fiet.*
Si [h] *mihi pergit, quæ volt, dicere: ea quæ non volt, audiet.*
Ego istæc moveo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo feres?
[i] *Nam ego quæ dixi, veraan falsa audieris, jam scivi potest.*
Atticus quidam olim, navi fracta, apud Andrum ejectus est,
Et istæc unà parva virgo: tum ille egens, forte applicat.

b Catastrophe. Crito hic Pamphilum alloquitur, verum ut de Glycerio dicat.

c Accusatio Critonis quæ augetur expolitione.
d Elegantes & propriæ metaphoræ.
e Ironia.
f A tempore.
g Plerunque casus imitatur industriam: & hoc sæpe fit ut etiam sedulo facta sint suspecta.
h Proverbiale.
i Attentionis est propter judicii libertatem. Narratio hæc, est pars argumenti.

Primum

Primum ad Chrysidis patrem se. S. fabulam incæptat. Ch. sine.
Cr. Itane vero? [k] *obturbat? Ch. perge. Cr. tum is mihi cognatus fuit,*
Qui eum recepit. [l] *ibi ego audivi ex illo, sese esse Atticum.*
Is ibi mortuus est. Ch. ejus nomen? Cr. nomen tam cito [m] *tibi?*
Phania. Ch. hem, perii. Cr. verùm hercle opinor fuisse Phaniam.
Hoc certò scio, [n] *Rhamnusium se aiebat esse. Ch. ô Jupiter!*
Cr. Eadem hæc Chreme multi alii in Andro tum audivere. Ch. utinam id siet,
Quod spero! ebo dic mihi, quid eam tum Crito? *suamne aiebat esse?*
Cr. non.
Ch. [o] *Cuiam igitur? Cr. fratris filiam.*
Ch. Certe mea est. Cr. quid ais? quid tu ais? P. [p] *arrige aureis* Pamphile.
S. Qui credis? Ch. Phania ille, frater meus fuit. S. noram, & sciq.
Ch. Is demum hinc fugiens, meq; in Asiam persequens, proficiscitur.
Tum illam hic relinquere est veritus, post illa nunc primum audio,
Quid [q] *illo sit factum. P. vix sum apud me, ita animus commotus est metu,*
[r] *Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.*
S. Nae istam multis tuam inveniri gaudeo. P. credo pater.
Ch. At mihi unus scrupulus jam restat, qui me male habet. P. dignus es
Cum tua religione, odio: [s] *nodum in scirpo quæris. Cr. quid istuc est?*
Ch. Nomen non convenit. Cr. fuit hercle aliud huic parvæ. Ch. quod Crito?
Nunquid meministi? Cr. [t] *id quæro. P.* [u] *egone hujus memoriam patiar meæ*
Voluptati obstare, cum ego possim in hac re medicari mihi?
Non patiar. heus Chreme: *quod quæris, Passibula est. Cr. ipsa est. Ch. ea est.*
P. [x] *Ex ipsa audivi millies. S. omneis nos gaudere hoc* Chreme,
Te credo credere. Ch. ita me dii ament, credo. P. quid restat pater?
S. [y] *Jamdudum res reduxit me ipsa in gratiam. P. ô lepidum patrem!*
De uxore, ita ut possedi, nihil mutat Chremes. *Ch. causa optuma est,*
Nisi quid pater aliud ait. P. nempe. S. scilicet. Ch. dos Pamphile *est,*
Decem talenta. P. accipio. Ch. propero ad filiam; eho, mecum Crito.
Nam illam me haud nosse credo. S. cur non illam huc transferri jubes?
P. [z] *Recte admones, Davo istuc dedam jam negoti. S. non potest.*
P. Qui? S. quia habet aliud magis ex sese, & maius. P. quidnam? S. vinctus est.
P. [a] *Pater, non recte vinctus est. S. haud ita: jussi. P. jube solvi obsecro.*
S. Age fiat. P. at matura. S. eo intro P. ô faustum & fœlicem hunc diem!

sed pater de modo respondet. a Exclamatio amoris.

k i. veritati obstrepit?
l Magna veritatis confirmatio est.
m Eclipsis cogitantis, sub. proferam.
n Rhamnus est pagus Atticæ maritimus: inde nomen hoc oritur.
o Vetusto more dixit.
p Hoc sibi Pamphilus, & est proverbium. A pecudibus aures arrigentibus metaphora.
q i. Fratre meo Phania.
r Affectus amantis.
s i. Proverbium.
t Cogitantis est.
u Amoris Pamphili affectus exprimitur.
x Notatur frequentissima Pamphili cum Glycerio consuetudo.
x Simo cum Pamphilo jam redit in gratiam.
y Mirè Davi mentionem facit, ut solvatur.
z De causa pœnæ loquitur filius,

Moralis expositio.

Inopinatus casus in rebus duris maxima est medela.

Adolescentuli facile falluntur.

Petulantia linguæ per criminationem refrænatur.

Impotenti sunt animo amatores voti sui compotes.

Non sunt sponsalia, nisi consensu parentum, & dote constituta.

ACT. V. SCEN. VI.

The Argument.

In this Scene Crito *of Athens meeteth both with* Simo *and* Chremes, *whereby the whole error of the Comedie is laid open: for here* Glycerie *is manifestly to be the daughter of* Chremes.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS.

CEase to pray mee, any of these respects shall cause mee to doe it; as either for your owne sake, or for that the matter is truth, or in respect that I wish well to *Glycerie*.

Ch. What, is it *Crito* of *Andros* that I doe see? truely it is he indeed. Welcome *Crito:* what make you at Athens, being here such a stranger?

Cr. It is false so out. But is this *Simo?*

Ch. This same is he.

S. What is it for me you aske? why doe you say, that *Glycerie* is free-borne of Athens?

Cr. Doe you denie it?

S. What, and are you come so well provided?

Ch. Why so?

S. Doe you aske? shall you doe this, and scape unpunished? do you trap young men here, voide of experience, and honestly brought up? what, art thou he that feedest their fancies with enticing and faire promises?

Cr. Art thou well in thy wits?

S. And doest thou make marriages betwixt them, and the harlots that they are in love withall?

P. Alas I am undone, I feare mee the stranger will not have a word to say.

Ch. *Simo*, if you knew this man thorowly, you would not thinke so of him; this is an honest man.

S. Can this fellow be an honest man? comes he this day so jumpe in the very time of this marriage: and could hee come never before now? why *Chremes*, is this a man to be beleeved?

P. Were I not afraid of my father, I could tell him that which would satisfie him in this point well enough.

S. Hah fogging knave!

Cr. What?

Ch. O *Crito*, beare with him; this is his fashion.

Cr. Nay let him consider what he is: as for mee, if he proceed to call mee at his pleasure, he shall heare that that shall be little to his liking. Doe I let that same marriage? or doe I ought at all passe for it? Thou doest not beare thy griefe patiently, for concerning what I speake, whether it be true or false that you heard, may soone be knowne.

A certaine man of Athens, a good while agoe, suffering shipwrack, was cast ashore at Andros, together with that *Glycerie*, as then a little childe. This man then being in need and necessitie, by chance first arrived at the house of *Chrysis* father.

S. Now he begins a fable.

Ch. Suffer him to goe on.

Cr. What, even so indeed? he interrupts me.

Ch. Goe on with your tale.

Cr. Moreover, hewhich received him into his house, was my cousin; there did I heare the man himselfe say, that he was of Athens, and in that house he died.

Ch. What was his name?

Cr. Would

Cr. Would you know his name so quickly? *Phania.*

Ch. Ah, alas, woe is me.

Cr. In goodsooth I take it, his name was *Phania*; this I am well assured of, that he said he was a Rhamnusian.

Ch. Oh the King of heaven!

Cr. Yea *Chremes*, there were then many other in Andros, which heard him say the same.

Ch. Would to God it were no otherwise then I hope for. But tell me this, *Crito*, what said he thé as touching the girle? did he say that shé was his daughter?

Cr. No.

Ch. Whose then?

Cr. His brothers daughter.

Ch. Without doubt shee is mine.

Cr. What say you?

S. What doe you say?

P. Listen to this geare, *Pamphilus.*

S. What thinke you of this?

Ch. That same *Phania* was my brother.

S. I knew the man, and I wot well he was your brother.

Ch. He flying hence for feare of the warre, takes his way after me into Asia, and then he was afraid to leave her here behind him. Since which time, I never heard what became of him till now.

P. I am well-nigh beside my selfe, my minde is so whelmed with feare, hope, joy, and with wondering at so great and so sudden a good hap.

S. Now in good faith, I am glad that by many proofes shee is found to be your daughter.

P. Father, I beleeve it well.

Ch. But there remaines yet one doubt which sore troubles me.

P. You are well worthy to be hated for your peevish precisenesse: you make a doubt, where all is as plaine as a pike staffe; you seeke a knot in a bulrush, in which is never any at all.

Cr. What is that you doubt of?

Ch. Her name accords not to the matter.

Cr. Truly shé had another name when shee was a childe.

Cr. What name? cannot you remember it, *Crito?*

Cr. I am calling it to minde.

P. Shall I suffer this mans memory to be a hinderance unto my wished joy, whenas I may help my self in this point? No, I will not suffer it. Lo you here, *Chremes*, the name you seeke for is *Passibula.*

Cr. The same is shee.

Ch. It is even shee.

P. Shee hath told me her owne selfe a thousand times.

S. *Chremes*, I weene you beleeve that we all rejoyce at this.

Ch. Yea so God helpe mee doe I beleeve it.

P. Father, what remaines now to be done?

S. The matter it selfe hath reconciled me a good while since.

P. O an excellent father! *Chremes* altereth nothing as touching my wife, but that I may still enjoy her as I have done?

Ch. Marry good cause why, except your father say otherwise.

P. Onely as touching the dowrie.

S. Yea marry that.

Ch. *Pamphilus*, her dowry is five hundred pound.

P. I accept it.

Ch. I will now hie me to my daughter, and you *Crito* goe with me; for I beleeve shee never knew me.

S. And why doe you not rather cause her to be brought hither unto you?

P. You put us well in minde, I will presently cause *Davus* go about that matter.

S. He cannot.

P. How so?

S. Marry because he hath a greater matter of his owne which toucheth him neerer.

P. What is that?

S. He lyeth bound in prison.

P. Father, then is he wrongfully bound.

S. Not so, I commanded it.

P. I beseech you, command that hee be let loose.

S. Goe to, be it so.

P. But make haste then.

S. I goe in straight-way.

P. O blessefull and happie day that this is!

Formula loquendi.

Mitte me orare. Pray me no more.

Athenas insolens advenit. He is a stranger at Athens. He comes little or seldome to Athens.

Cupio illi. I wish him well: I would him no ill. My desire is to doe him good.

Me quærit. He seekes or askes for me.

Huc paratus advenit. He comes hither not unprovided, or unprepared.

Impune hoc facit. He doth this without cõtrolement. Ther's no fault found with him, or he is not punisht for this he doth.

In fraudem illicis. Thou inticest them to that which shall be their hurt. By allurement thou inducest him into hurt and danger. Thou tillest him into thy snare.

Sollicitando & pollicitando eorum animos lætas. With inticing and faire promises, thou feedest forth their fancies.

Metuous subsistet. I feare he will not, or is not able to hold his owne.

Hunc norim satis. I know this fellow as well as the begger knowes his dish. I am well acquainted with this mans manners.

Ita attemperate venit hodie. He comes so jumpe, or in the very nicke to day; in season, at the very point.

Ni metuam patrem. But that I feare my father. If it were not for feare of my father.

Habeo pro illa re illum quod moneam probe. I have an invention in my head; to put in his eare for that thing well enough.

Sic est hic. This is his fashion, manners, or conditions.

Ego istæc nec moveo nec curo. I neither further these things, nor look unto them.

Navi fracta ejectus est; His ship brake, and he was cast upon shore.

Applicat se ad eum. He associateth himselfe with him; he keepes him company.

Fabulã inceptat. He begins a fained matter; not a word true he begins to tell us.

Recepit eum. He gave him entertainement: he lodged him: he tooke him in.

Hoc certo scio. I know this for a truth; for certainty, and without peradventure.

Eadem alii avdivere. Others can tell you the same tale: others have heard the selfe same things.

Arrige aureis. Hearken well, give good eare, listen.

Post illa nunc primum audio, quid de illo factum sit. Since then, now is the first time that ever I heard what became of him. Sith that time I never heard of him till now.

Vix sum apud me. I hardly know what I doe; I am almost out of my wits: I am scarce in my right minde.

Animus commotus est metu, & mirando hoc tanto bono. His minde is troubled with feare, and with admiration of this so great good.

Vnus mihi scrupulus restat. I have one bone to gnaw on yet, there remaines one doubt yet.

Id me male habet. That troubles mee shrewdly, or grieveth me very much.

Cum tua religione odio dignus es. Thou art worthy of hatred for thy peevish preciseneſse. I beshrew thee for thy scrupulositie or superstition.

Nodum in scirpo quæris. You would finde a fault where none is. Thou art scrupulous and needst not. You are curious about nought.

Nomen non convenit. Its not the same, or right

right man. He is called by one name, and this by another.

Nunquid meministi? Doe you remember it?

Id quæro. I study for it; I am calling that to minde.

Omnes hoc gaudemus. We are all glad of this.

Nos ille in gratiam reduxit. Hee hath made us friends: he hath brought us at one.

Non patiar id meæ obstare voluntati. I will not suffer that to hinder my pleasure. I will not abide that to stay or be a let to my joy.

Ego possum in hac re medicari mihi. I can helpe, ease, remedie my selfe in this matter. I can play the Physician my selfe in this point.

Causa optima est. Its very good reason.

Illum me haud nosse credo. I thinke or beleeve he knowes me not.

Recte admones. You put me well in remembrance. Its well thought of you to tell me.

Illi istuc dedam negotii. I will commit this business to him.

Malum ex sese habet. He himselfe is the cause of this evill. He may thanke himself for this mischiefe, and none else. This evill happened to him, comes of himselfe.

Faustus & fœlix dies hic est. This is a luckie, happie, and blessed day.

Sententiæ.

Homines adolescentuli, imperiti rerum, in fraudem facile alliciuntur; sollicitando & pollicitando eorum lactantur animi.

Qui alteri pergit, quæ vult, dicere, sæpe ea, quæ non vult, audiet.

Suum cuique malum æquo animo ferendum est.

Quatuor hæc, metus, spes, gaudium, mirandum, magnum, & repentinum bonum, hominum commovent animos ita, ut apud se vix equidem sint.

Nimia religio est, nodum in scirpo quærere.

Nemo facile suæ patiatur quicquam obstare voluptati, cum ipse possit in eadem re medicari sibi.

Amici omnes bono inter se mutuo gaudent.

Haud idoneus est, cui aliquid alterius detur negotii, qui habet aliud magis ex sese & majus.

ACT. V. SCEN. V.

Argumentum.

Davo narrat *Pamphilus Glycerium* inventam esse civem Atticam, seque illam ducturum uxorem. *Charinus* ostendit per *Pamphilum* facile se impetraturum à *Chremete Philumenam*. Hæc Scena alterum generum *Chremeti* comparat, ne aut *Charinus* tristis recedat, aut non provisum sit *Philumenæ*.

CHARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

PRoviso quid agat Pamphilus: *atque eccum. P. aliquis forsan me putat,*
[b] *Non putare hoc verum: at mihi nunc sic esse hoc verum lubet.*
Ego vitam deorum propter ea sempiternam esse arbitror,

b Gestus & lætitia Pamphili: & est præparatio ad congressum personarum.

Quod voluptates eorum propriæ sunt. nam mihi immortalitas
Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.
Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?
C. Quid illud gaudi est? P. Davum *video, nemo est, quem malim omnium,*
Nam hunc scio mea [e] *solide solum gavisurum gaudia.*
D. Pamphilus *ubinam hic est? P.* Dave. *D. quisnam homo est? P. ego sum.*
D. ô Pamphile.
P. Nescis quid mihi obtigerit. D. certe: sed quid mihi obtigerit, scio.
P. Et quidem ego. D. more hominum evenit, ut, quod sim nactus mali
Prius resciseres tu, quam ego, quod tibi evenit boni.
P. Mea Glycerium *suos parentes repperit. D. ô factum bene! C. bene.*
P. Pater amicus summus nobis. D. quis? P. Chremes. *D. narra probe.*
P. Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam. C. num [d] *ille somniat?*
Ea, quæ vigilans voluit? P. tum de puero Dave. *D. ab disine.*
[e] *Solus est, quem diligunt dii. C. salvus sum, si hæc vera sunt.*
Colloquar. P. quis homo est? Charine, *in tempore ipso mihi advenis.*
C. Bene factum. P. hem, audistine? C. omnia. age, me in tuis secundis rebus respice.
Tuus est nunc Chremes: *facturum, quæ voles, scio esse omnia.*
P. [f] *Memini; atque adeo longum est, nos illum expectare, dum exeat.*
Sequere hac me intus: apud Glycerium *est nunc. tu* Dave *abi domum,*
Propera, accerse hinc qui auferant eam. quid stas? quid cessas? D. eo.
[h] *Ne expectetis, dum exeant huc.* [i] *intus despondebitur,*
Intus transigetur, si quid est, quod restet. Plaudite.

c. i. Plene & ex animo.

d Gratulatio Davi.
e Proverbiale.
f Proverbium ex re natum.
g Gratulatio compendiosa.
h Data opera Poeta abrumpit longiorem actionem.
i Hoc ad spectatores dicitur.
k Lætus comediæ exitus.

Moralis expositio.

[r] Voluptas amatoribus & libidinosis summum bonum est.

Vtraque fortuna amicum, cui narranda est, requirit.

ACT. V. SCEN. V.

The Argument.

Pamphilus *declareth unto* Davus, *how that* Glycerie *is found to be free-borne of Athens, and that he shall marry her. Likewise* Charinus *sheweth unto* Pamphilus, *that by his meanes he also may obtaine* Philumena *at* Chremes *hands. This Scene brings another Sonne in law to* Chremes, *lest that either* Charinus *should depart away sorrowfull, or that* Philumena *should be left unprovided for.*

CHARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

I Am come forth to see what *Pamphilus* is a doing: but loe where he is here.
P. Perhaps some body would thinke that I scant beleeve this to be true, but I will have it to bee true, as it is indeede. I suppose that therefore the life

life of the gods is everlasting, because pleasures do properly belong unto them; for mine owne part, I am in heaven already, if so it be no griefe of minde doe intermingle with this joy. But now what man should I most specially desire to meet withall, to whom I might shew all that hath happened?

C. What great joy is that?

P. Loe, I see *Davus*: there is no man living that I would fainer have; for I am sure that he of all other will unfainedly rejoyce at my joy and gladnesse.

D. Whereabout here is *Pamphilus*?

P. *Davus*.

D. What man is that?

P. It is I.

D. O master *Pamphilus*?

P. Thou woteſt not what hath happened to me.

D. Very true, but I wot well what hath happened to my selfe.

P. And so doe I too.

D. Yea it came to passe after the common course of the world, that you knew of the evill that happened to me, sooner then I knew of the good that happened to you.

P. My sweet love *Glycerie* hath found out who be her parents.

D. O happy chance!

C. What is that?

P. Her father is a very speciall friend of ours.

D. Who is that?

P. *Chremes*.

D. You say well.

P. Neither is there any let or tarriance, but that I marry her out of hand.

C. What, doth he not dreame, trow you, that which his minde ran upon being awake?

P. Now moreover *Davus*, as touching the childe.

D. Tush, let it alone, God doth specially provide for him above all other children.

C. I am a made man, if this be true; I will speake with him.

P. What man is there? O *Charinus*, you come to mee, even as well as heart can wish.

C. It is well.

P. What, have you heard the matter?

C. Yes every whit: Goe to, have some respect of mee, now in the time of your prosperitie; I know that *Chremes* is now yours altogether, and will doe all that you will have him doe.

P. I wot it full well: but it would be too long for us to tarry and looke for his comming forth; Therefore follow mee along this way: he is now within with *Glycerie*. *Davus*, goe thou thy way home; hie thee, goe for company to bring her away hence. Why doſt thou stand still? Why goest thou not?

D. I am going.

As Pamphilus had Glycerie, so Charinus married Philumena.

Doe not stay here for their comming out: for she shall be betrothed within: and if any thing remaine more to be done, it shall also be dispatched within. Now clap your hands.

Formulæ loquendi.

Proviso quid agat. I am comming forth to see what he doth.

Eccum. Loe yonder hee is; seehe is here.

Mihi immortalitas parta est. I am in heaven: I am now cousin to God almightie.

Aegritudo gaudio intercesserit. Sorrow is mixt with joy. Sweet meat hath a sowre sauce.

Eum potissimum exoptem mihi dari. I could most gladly desire to meet with him.

Nemo est, quem mallem omnium. There

is no man alive that I rather wish to have

Quid illud gaudii est? What makes him so merry? What great joy and gladnesse is that?

Hunc scio mea solide gavisurum gaudia. I wot that he will be right joyous of my mirth; I know that he will be very glad, or unfainedly rejoyce in my joy and gladnesse.

Vbinam hic est? Whereabouts is hee here?

Nescio quid mihi obtigerit. Thou knoweest not what hap I have had. Thou wotest not what hath befalne me.

More hominum evenit. It falles out but according to the course of the world. It comes by chance to mee which happens to all other men, Every man is acquainted with this. It lights upon me which lights upon others, I am not alone in this case.

Probe narras. You tell me good newes.

Non mora ulla est. Every one is ready. There's no delay at all, or tarriance. There's no manner of lingring off the time. They are prepared of all sides.

Somniat ea, quæ vigilans voluit. Hee dreames of those things which he desired waking. He thinkes in his sleepe that he hath those things whereupon his minde ran while he was waking.

Solus est, quem diligunt dii. Hee is the man alone, that God loves. He is God almighties onely deare darling. Prosperitie hangs on his sleeve. The blacke oxe cannot tread on his foot. For this may be spoken of any one that hath good successe in his affaires.

Salvus sum, si hæc vera sunt. I am well, safe, in good case, a made man for ever, if this be true.

In tempore ipso mihi advenis. You come in season: in the very nicke: in pudding time.

Me in tuis secundis respice. Have regard to helpe mee: take pitie on mee in your prosperitie.

Illum expectamus dum exeat. I stay looking for him till he come forth.

Sequere hac me intus. Follow me in this way, or hereaway.

Apud illum est nunc. Hee is now with him; or he is now at his house.

Hinc id abstulit. Hee carried or tooke away that from hence.

Quid stas? Why goest thou not? why standest thou still?

Transigitur. The matter is brought to a point, it is ended. Its dispatched. They have made a finall conclusion. Its dasht through. There's now no more to doe.

Sententiæ.

Vita deorum propterea sempiterna est, quod voluptates eorum propriæ sunt.

Immortalitas ei parta est, cujus nulla ægritudo gaudio intercesserit.

Prosperi rerum suarum successus tacere nequeunt, sed aliquos, quibus eosdem narrent, sibi dari obvios exoptant.

Gaudia sui solide amicus gaudet.

More hominum evenit, ut quod mali nacti simus, prius rescisceret alii, quàm nos, quid illis evenit boni.

Somniamus ea, quæ vigilantes volumus.

Solus est, quem diligunt dii.

Vir bonus alios in rebus suis secundis respicit.

FINIS ANDRIÆ.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. L. POSTHVMIO. L. CORNELIO ÆDILIB. CVRILVB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRÆNESTINVS, TIBIIS DVABVS DEXTRIS. GRÆCA MENAND. FACTA SECVNDA. MODOS FECIT FLACCVS, M. VALERIO, C. FANNIO COSS.

FABVLÆ INTERLOCVTORES
The speakers in this Comedie.

Phædria, *adolescens*; a young man.
Parmeno, *servus*; a servant.
Thais, *meretrix*; a light housewife.
Gnatho, *parasitus*; a parasite.
Chærea, *adolescens*; a young man.
Thraso, *miles*; A Captaine.
Pythias, *ancilla*; a waiting maide.
Chremes, *adolescens rusticus*; a young man of the countrey.
Antipho, *adolescens*; a young man.
Doryas, *ancilla*; a maide.
Dorus, *Eunuchus*; an Eunuch.
Sanga, *lixa*; a scullion.
Sophrona, *nutrix*; a nourse.
Laches, *senex*; an old man.

PERSONARVM INTERPRETATIO.

Phædria, ἀπὸ τῆς φαιδρότητος, ab hilaritate.
Parmeno, μενονταπαρὰ τῶν δεσπότων, ab assiduitate.
Thais, διὰ τὸ δεινὸν ἄγαν θαυμαστὸν ἔχειν τὸ εἶδος, de formæ specie quæ omnium ora in se converteret.
Gnatho, ἀπὸ τῆς γναθῶν, a buccis: quia edax fuit.
Chærea, ἀπὸ τοῦ χαίρειν, à lætitia: à gaudendo.
Thraso, ἀπὸ τῆς θρασύτητος, ab audacia.
Sanga, ἀπὸ τοῦ σάγης, à componendis sarcinis dictus videtur, aut à fluvio quodam Phrygiæ.
Pythias, ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, à sciscitando, quod omnia percontetur.
Chremes, παρὰ τὸ χρέμπτεσθαι, à screando.
Antipho, ἀπὸ τοῦ αντὶ καὶ φάος, à lumine contra adferendo: vel quod obvius appareat.
Doryas. ἀπὸ τοῦ δόρατος, ab hasta, quod in bello capta sit.
Dorus, ἀπὸ τοῦ δώρου, à dono, vel munere: dono enim mittitur Thaidi.
Sophrona, ἀπὸ τ σώφροσύνης, à castitate seu probitate.
Laches, ἀπὸ τ λάξεος, ab hæreditate, lite, patrimonio.

C. SVLPITII APOLLINARIS
Periocha in Eunuchum.

Sororem falsò dictitatam Thaidis,
Id ipsum ignorans miles advexit Thraso,
Ipsiq; donat: erat hæc civis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi jubet,
Thaidis amator Phædria, *ac rus ipse abit,*
Thrasoni *oratus biduum concederet.*
Ephebus *frater* Phædriæ *puellulam*
Cum deperiret dono missam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur: suadet Parmeno.
Introiit: vitiat virginem, sed Atticus
Civis repertus frater eius, collocat
Vitiatam Ephebo: Phædriam *exorat* Thraso.

THE ARGVMENT OF C. SVL. APOLLINARIS, VPON THE COMEDIE OF EVNVCHVS.

A Captaine called *Thraso* brought a maide with him, which was falsely reported to be *Thais* sister, but he knew not so much, and freely did bestow her upon *Thais*. This damsell was an Athenian and free-borne. Now *Phædria* another lover of *Thais*, wils his man *Parmeno* to deliver the Eunuch which he had bought, unto her also; but he himselfe went into the countrey, being intreated to give place to *Thraso* two daies. Now in the meane season, *Phædrias* brother, a young strippling (for as much as he exceedingly loved the wench that was sent for a gift to *Thais*) is brought to her house in the Eunuches habit. This was done by *Parmonoes* perswasion: whereupon he enters in, and deflowres the virgin. But her brother that was knowne to be a citizen of Athens, marrieth this his sister to the young youth, and *Thraso* obtaines his request.

Formula loquendi.

Oratus illi concederet. He would yeeld by intreatie; being requested he would not gaine-say.

Deperit puellulam. He is over head and eares in love with the maide; he loves her better then his owne life.

Ornatu alterius induitur. He hath gotten on him another mans cloathes. The jangling Iay is bragge of the Peacockes feathers. For we may use this as a proverbe, against such as bragge of that which is none of their owne.

Vitiavit virginem. He hath gotten her maiden-head. He hath deflowred the maide. Hee hath spoiled the damsell of her honestie.

Collocat filiam ephebo. A young strippling hath married his daughter. Hee hath bestowed his daughter in marriage upon a young youth.

PRO-

SI quisquam est, qui placere se studeat bonis
Quam plurimis, & maxime multos ledere:
[a] In his Poeta hic nomen profitetur suum.
Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimat esse, sic existimet; sciat
Responsum non [b] dictum esse: quia lesit prius,
[c] Qui bene vertendo, & eas describendo male, ex
Græcis bonis Latinas fecit non bonas:
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
Atque à Thesauro scripsit [d] causam dicere
Prius unde petitur aurum, quare sit suum,
Quam [e] illic qui petit, unde esset thesaurus sibi,
Aut unde in patrium monimentum pervenerit.
[f] Dehinc ne frustretur ipse se, aut sic cogitet,
Defunctus jam sum: nihil est quod dicat mihi.
Is [g] ne erret, moneo: & desinat lacessere.
Habeo alia multa queis nunc condonabitur;
Quæ proferentur post, si pergit ledere;
Ita, ut facere instituit. Nunc [h] quam acturi sumus
Menandri Eunuchum, postquam Aediles [i] emerunt,
Perfecit sibi ut inspiciundi esset copia,
Magistratus cum ibi adesset, [k] occæpta est agi.
Exclamat, furem, non Poetam, fabulam
Dedisse, & nihil dedisse verborum tamen.
Colacem [l] esse Nævi, & Plauti veterem fabulam;
Parasiti personam inde ablatam, & militis.
[m] Si id est peccatum, peccatum imprudentia est
Poetæ; non qui furtum facere studuerit.
Idita esse vos jam judicare potteritis.
Colax [n] Menandri est; in ea parasitus Colax,
Et mil s gloriosus; eas se non negat
Personas transtulisse in Eunuchum suum
Ex Græca, sed eas fabulas factas prius
Latinas scisse sese, id vero pernegat.
[o] Quod si personis iisdem uti alii non licet:
Qui magis licet, currentes servos scribere;
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Parasitum edacem, gloriosum militem:
Puerum supponi, falli per servum senem,
Amare, odisse, suspicari? denique
Nullum [p] est jam dictum, quod non dictum sit prius.
Quare [q] æquum est vos cognoscere, atque ignoscere,
Quæ veteres factitarunt, si faciunt novi.
Date operam & cum silentio animadvertite,
Vt pernoscatis, quid sibi Eunuchus velit.

Excusat eur inadversarius invehitur: capeat benevolentiam officio, & invidiam facti interpretatione in adversarium refert.

a Relatio est ad sensum, non ad verbum.

b In Luci. Lavinisi.

c Narratio, ironicôs.

d i. Reus prius excusat se quam agit actor.

e Pro ille.

f Occupatio qua terret adversarius.

g A poetæ modestia benevolentiam captat.

h Narratio qua defendit poetam.

i Acto milibus numum.

k Antequam fabulæ ante populum agerentur, agebantur privatim apud ædileis.

l Latine adulator dicitur colax.

m Purgatio per imprudentiam: peccatum prius nomen est, posterius verbum.

n Narratio ad imprudentiæ cõfirmationem.

o Defensio prioris partis narrationis à pari licere eisdem personis uti in fabulis, in quo attende propria personarum attributa, comicorumque materiam.

p Epiphonema.

q Conclusio cum attentionis postulatione.

THE

THE PROLOGVE.

IF there be any man that sets himselfe to please all good men, and to be offensive to few, this our Poet doth professe himselfe to be in that number. Againe, if there be any that have thought me to be over vehement inveighing against him, let him thus thinke, that I inveigh not against him, but make mine owne Apologie; for he offered the injury first, who by his very ill translating and interpreting, hath made those that were good Comedies in Greeke, to be but bad ones in Latine. The same man of late hath put forth *Menanders Phasma*, and in his Comedy of *Thesaurus* he hath published that the defendant should give a reason (of whom the Gold is demanded) why it should be his, before the plaintiffe (which demands it) shew how that treasure came to be his, and also to be in his Fathers tombe. From henceforth let him not deceive himselfe, nor thinke thus, I have done making of Comedies, he cannot taunt me any more; I advise him to be wise, and to leave off to provoke me. For I have many things against him, which for this time shall be forgiven, but hereafter they shall not be forgotten; if he persist as he hath done to offend me. Now for this Comedy of *Menanders Eunuch* which we are about to play, he obtained after the Ædiles had bought it, that he might have libertie to looke upon it. The play began when the Magistrate was there, in whose presence he cries out, a Filcher and not a Poet: and that he had set forth a Comedy; and yet for all that had put nothing to either words or matter of his owne, still exclaiming that *Colax* was an old Comedy of *Nævius* and *Plautus*, and that thence is taken the Parasites and Souldiers part. Now if that be an offence, it is committed through the Poets ignorance; and not that he purposed to play the Theefe. That it is so, you now may judge of it, *Colax* is a Comedie of *Menanders*: and in it there is *Colax* the Parasite, and the vaine boasting Souldier. Now he denies not that he hath taken the parts out of Greeke into his Comedie called *Eunuch*; but that he knew these to be translated into Latine before by any other, that he utterly denies, But if it shall not be lawfull for divers men to use the selfe same parts, how is it lawfull to introduce the names of grave Matrones, wanton Drabs, greedie Parasites, bragging Souldiers, a childe to be suborned, the old man to be coozened of his Servant, and to bring in affections of love, hatred and suspition? For to conclude, there is nought said, that hath not been said heretofore; or speech that hath not been before spoken. Wherefore it is meete that you should know thus much, and also pardon, if we late Writers doe but that, which they in former age have often done before us. Now I pray you give attention and marke with diligence, that you may throughly know what this *Eunuchus* meaneth.

Formule

Formulæ loquendi.

Placere se studet bonis, He endevoureth to obtaine the favour of honest men. He desireth to be in favour, to be well liked of good men.

Neminem lædit, He hurts no man. He offendeth, displeaseth, discontenteth no man.

In his nomen profitetur suum. He confesseth himselfe to be one of that crue. His name he saith is enrolled amongst those. He reckoneth himselfe to be one of that sect.

Inclementiùs in eum dictum est, Its hardly, uncourteously, sharpely spoken against him.

Fabulam nunc nuper dedit, He hath now of late set forth a Comedy.

Causam dicit. He is pleading.

Vnde id tibi esset? How cameſt thou by it?

Frustratur ipse se, He deceives himselfe, he playeth wily beguile himselfe.

Nihil est quod dicat mihi, He hath nothing in the world to say to me. He is set nonplus. He hath not a word more to say.

Desinit lacessere. He leaves off to provoke me.

Ea huic condonabitur. Those things shall be forgiven this man. This fellow shall be pardoned those things.

Pergit ledere, He continues to doe mee displeasure.

Acturi sunt comœdiam. They are about a Comedy, or to play a play.

Inspiciundi est mihi copia, I have leave given to see it, I may looke on if I will.

Nihil dedit verborum, He hath not deceived any.

Parasiti personam agit, He playes the Parasites part.

Peccatum imprudentia est, He hath offended unawares, of ignorance, for want of skill is this fault committed.

Furtum facere studet, He gives his minde much to pilfering and stealing. He loves to play the theefe.

Ex Græco in Latinum transferre. To translate out of Greeke into Latine.

Facit fabulam. He makes a Comedy.

Puer supponitur, Its a changeling or counterfeit childe.

Operam date, Attend, marke.

Cum silentio animadvertite, Be silent and give eare, hold your peace, and take heede.

Quid sibi hic vult? What meanes this fellow? what would this man have?

Sententiæ.

Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius.

Æquum est ignoscere, quæ sine reprehensione veteres factitarunt, si faciunt novi.

ACT. I. SCEN. I.

Argumentum.

Phædria exclusus consultat an redire debeat ad Thaidem. Huic *Parmeno* suadet, ut animo æquo amoris molestias ferat.

PHÆDRIA, adolescens. PARMENO, servus.

a Dubitatio deliberantis & perturbatio. Opponit militi rivalem, quem fingit ægre concedere dies aliquot, dum à milite Thais munus extorqueat. Dialogismus quasi ad alterum.

b De jure transflatum. ilicet: de judicio: & est syncope pro ire licet. Peristi: de supplicio.

c Cordata Parmenonis admonitio. Translatio à bello.

d Aposiopesis secum cogitantis celeberrima: & est prosopopœia.

e Extenuatio ad auxesin spectat.

f Amoris vehementia: querela per exclamationem.

g Reprehendentis & perstat in metaphora bellica.

a *Quid igitur faciam, non eam ne nunc quidem*
Cum accersor ultro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?
Exclusit: revocat: redeam? non, si me obsecret.
P. *Si quidem hercle possis, nihil prius, neque satius:*
Verùm si incipies, neque perficies gnaviter:
Atque ubi pati non poteris, cum nemo expetet,
Infecta pace, ultro ad eam venies, indicans
Te amare, & ferre non posse: b *actum est, ilicet,*
Peristi: eludet, ubi te victum senserit.
P. *Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita.*
P. c *Here, quæ res in se neque consilium, neque modum*
Habet ullum, eam consilio regere non potes.
In amore hæc omnia insunt vitia: injuriæ,
Suspiciones, inimicitiæ,
Bellum, pax rursum. incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam, ut cum ratione insanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
d *Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sint modo,*
Mori me malim: sentiet qui vir siem.
Hæc verba, una me hercule e *falsa lachrymula,*
Quam oculos terendo misere, vix vi expresserit,
Restinguet: & te ultro accusabis: & ei dabis
Ultro supplicium. Ph. ô f *indignum facinus! nunc ego &*
Illam scelestam esse, & me miserum sentio:
Et tædet, & amore ardeo: & prudens, sciens,
Vivus videnque pereo, nec quid agam scio.
P. g *Quid agas, nisi ut te redimas captum quam queas*
Minimo? si nequeas paululo, at quanti queas:
Et ne te afflictes. Ph. itane suades? P. si sapis.
Neque præterquam quàm ipse amor molestias
Habet, addas: & illas, quas habet, rebte feras.

h *Sed ipsa egreditur nostri fundi calamitas :*
i *Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.*

h Præparatio ad sequentē scenam.
i Ἀπολογία.

Theses.

Amor cæcus est, cum mentes hominum excæcet.

Exclusi magis ardent, summaque inconstantiâ, exemplo est Phædria.

Amor paulatim temperandus est, & non exacerbandus.

ACT. I. SCEN. I.

The Argument.

Phædria *being shut out, doth consult whether he ought to goe backe againe to* Thais. *Parmeno counselleth this his master that he would patiently suffer the despites of love.*

PHEDRIA, a young man. PARMENO, his servant.

WHat then shall I do? shall I not go? what not now when I am so kindly called? or shall I resolve rather with my selfe, not to put up the despitefull abuses of a filthy drab? Once she shut the doore on me, now she calles me againe; should I goe backe? no, though shee intreat me never so much.

P. Yea marry handle her so if you can, and never did you play a better or more brave part. But if you shall once take it in hand, and not performe it worthily, being not able to hold out, nor peace concluded, and when no body covets your company, then to goe crouching to her, making profession of your love, and that you cannot forbeare the sight of her, all is dasht; you may get you packing, having utterly cast your selfe away: for shee will ride you like an Asse when shee sees you to be vanquished.

Ph. Well, therefore I pray thee, while time serves, looke very carefully about thee, that I may be delivered.

P. O master, its not in your power to rule that by advice, which is void of good counsell, neither observes any meane. For in love are these many vices, injuries, suspicions, enmity, truce, warre, and peace againe out of hand. If you should require to make these uncertainties certaine by reason, you should doe no more, then if you endeavour with reason to run mad. And in your anger that which now you meditate with your selfe, to wit, shall not I be even with her that entertained him? debarred me? and would not admit me? suffer me this once: rather will I dye; she shall know what a fellow I am. Verily, I tell you master, one counterfeit teare, which she miserably by violent rubbing of her eyes, hardly shall wring out, will coole these hot speeches, and make you willing to accuse your selfe, and suffer her to take revengement of you.

Ph. Oh shamefull and abominable act: Now well I perceive her to be a divellish queane, and my selfe a forlorne wretch. I am sorry that I had any thing to doe with her; and yet I love her exceedingly;

ceedingly; thus of mine owne knowledge, and admonished by another, wittingly and willingly I cast my self away, neither know I in the world what to doe.

Ph. O sir, what should you doe; but ransome your selfe being her prisoner, with as little cost as you can: if you cannot for a very little, yet for such a sum as you may, and doe not thus torment your selfe?

Ph. Doest thou so advise me?

P. Yea, if you know what you do; and besides, I would have you not to augment your sorrowes, more then through love you needes must, and patiently to beare those it brings with it. But loe, now comes forth the very destruction of our substance, who wipes our noses of all that we should have.

Sententiæ.

Quod in ipiemus gnaviter, ni eludant alii, nobis perficiendum est.

Dum tempus est, etiam atque etiam cogitemus.

Quæ res in se neque consilium neque modum habet ullum, eam consilio regere non possumus.

Incerta semper qui postulat ratione certa facere, nihilo plus agit, quam si det operam ut cum ratione insaniret.

Irata verba amatoris, falsa amicæ lachrymula facile restinguet.

Meretricii amores, est fundi calamitas.

ACT. I. SCEN. II.

Argumentum.

Thaidis blando sermone victus *Phædria*, pollicetur se biduum concessurum, ut *Thrasoni* interim locus sit apud illam.

THAIS meretrix, PHÆDRIA, PARMENO.

Miseriam me! vereor ne illud gravius Phædria
Tulerit; neve alionsum, atque ego feci, acceperit:
Quod heri intromissus non est. Ph. totus, Parmeno,
Tremo, [a] *horreóque postquam aspexi hanc. P.* [b] *bono animo es:*
Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.
Th. Quis hic loquitur? ehem, tune eras mi Phædria?
Quid hic stabas? Cur non recta introibas? P. Cetrum
De exclusione verbum nullum. T. taces?
Ph. [c] *Sane, quia vero he mihi patent semper fores?*
Aut quia sum apud te primus? T. missa istæc face.
P. Quid missa? [d] *Thais, Thais, utinam esset mihi*
Pars æqua amoris tecum, ac pariter sieret, ut
Aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet:
Aut ego istuc abs te factum nihili penderem.
T. [e] *Ne crucia te obsecro anime mi* Phædria.

In hac Scena exponitur occasio fabulæ, ut Terentio initio fabularum mos est: simul causa eur miles sit placandus recenseturi.

a i. frigeo.

b Ironica consolatio & perfaceta ex verbi translatione. Inseritur persona Parmenonis ad delectãdum spectatorẽ.

c Ironia qua notat perfidiam exclusionis.

d Querela quæ fit invidiosior per optati onem.

e Blanda purgatio meretricis à necessario.

Non pol quod quenquam plus amem, aut plus diligam
Eò feci, sed ita erat res, faciendum fuit.
P. Credo, [a] *ut fit, misera præ amore exclusit hunc foras.*
T. Siccine ais Parmeno? *age, sed, huc quæ gratia*
Te accersi jussi, ausculta. Ph. fiat. T. dic mihi
Hoc primum, potin' est hic tacere? P. optume.
Verum [c] *heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem:*
Quæ vera audivi, taceo, & continuo optume:
Sin falsum aut vanum aut fictum est, continuo palam est.
Plenus [d] *rimarum sum: hac atque illac perfluo.*
Proin taceri si vis, vera dicito.
T. [e] *Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.*
P. Potest taceri hoc. T. ibi tum matri parvolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam. P. civem ne? T. arbitror:
Certum non scimus: matris nomen & patris
Dicebat ipsa; patriam & signa cætera
Neque sciebat, neque per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, è prædonibus,
Vnde emerat, se audisse abreptum è [f] *Sunio.*
[g] *Mater ubi accepit, cæpit studiose omnia*
Docere & educare, ita ut si esset filia.
Sororem plerique esse credebant meam.
Ego cum illo, quocum uno rem habebam tum hospite,
Abii huc: qui mihi reliquit hæc quæ habeo omnia.
P. [h] *Vtrumque hoc falsum est: effluet. T. qui istuc? P. quia*
Neque [i] *tu uno eras contenta, neque solus dedit:*
Nam hic quoque bonam, magnamque partem ad te attulit.
T. Ita [k] *est, sed sine me pervenire quo volo.*
Interea miles, qui me amare occœperat,
In Cariam est profectus: te interea loci
Cognovi. [l] *tute scis, post illa, quam intimum*
Habeam te, & mea consilia ut tibi credam omnia.
Ph. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. *P. ob, dubiumne id est?*
T. Hoc [m] *agite amabo. mater mea illic mortua est*
Nuper; ejus frater aliquantum ad rem est avidior.
Is hanc ubi forma videt honesta virginem,
Et fidibus scire, vendit; forte fortuna adfuit
Hic meus amicus, emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum, ignarusque omnium
Is venit; postquam sensit me tecum quaque
Rem habere, fingit causas, ne det sedulo;
Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi
Apud me, ac non id metuat, ne ubi acceperim,
Sese relinquam, velle se illam mihi dare;
Verum id vereri. sed [n] *ego quantum suspicor,*

a Ironica refutatio ab incredibi.
b Attentionis hæc sunt.
c Faceta præscriptio qua apte reponit vicem dubitanti de taciturnitate sua meretrici, tanquam ipsa falsum dictura sit.
d Metaphora à vasis.
e Initium narrationis: nam quod præcessit præparatio fuit.

f Promontorium Atticæ, & Athenienſium emporium.
g Basis figura est hic, quando inter narrandum omnia pedetentim dicuntur insinuandi gratia.
h Vrbana interpellatio.
i Meretricem notat.
k Non negat sed præteritione rejicit.
l Astute meretrix ubi dixit, quæ amatorem urgebant, blandimenta subjicit.
m Hortatio dissimulantis, & ad institutum revocantis. Commendatio puellæ.

n Acuta invidiæ declinatio.

Ad virginem animum adjecit. Ph. [z] *etiamne amplius?*
T. nihil: nam quæsivi nunc ego eam, mi Phædria:
Multæ [a] *sunt causæ, quamobrem cupio abducere.*
Primum quod soror est dicta, præterea ut suis
Restituam, ac reddam, sola sum; habeo hic neminem,
Neque amicum, neque cognatum: quamobrem Phædria,
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Id, [b] *amabo, adjuta me, quò id fiat facilius.*
Sine illum priores [c] *partes hosce aliquot dies*
Apud me habere, nihil respondes? Ph. [d] *pessume!*
Ego quicquam cum istis factis tibi respondeam?
P. Heinoster, laudo; tandem perdoluit; vix et.
Ph. At ego nesciebam quorsum tu ires. [e] *parvola*
Hinc est abrepta: eduxit mater pro sua;
Soror est dicta, cupio abducere, ut reddam suis.
Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt denique,
Ego excludor, ille recipitur. [f] *qua gratia,*
Nisi illum plus amas, quam me: & istam nunc times,
Quæ advecta est, ne [g] *illum talem præripiat tibi?*
T. Egon' id timeo? Ph. quid te ergo aliud sollicitat? cedo.
Num solus ille dona dat? nunc ubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier?
Nonne ubi mihi dixti cupere te ex Æthiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus
Quæsivi? Eunuchum porrò dixti velle te,
Quia sole utuntur his [h] *reginæ: repperi.*
Heri minas viginti pro ambobus dedi.
Tamen contemptus abs te hæc habui in memoria,
Ob hæc facta, abs te spernor. T. [i] *quid istuc Phædria?*
Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri posse maximè: veruntamen
Potius quam te inimicum habeam, faciam ut jusseris.
P. *utinam istuc* [k] *verbum ex animo, ac verè diceres,*
Potius quam te inimicum habeam! *si istuc crederem*
Syncere dici, quidvis possem perpeti.
P. *Labascit victus uno verbo; quam cito!*
T. [l] *Ego non ex animo misera dico? quam joco*
Rem voluisti à me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum:
Saltem ut concedas solum. Ph. siquidem biduum;
Verum ne fiant isti viginti dies.
T. *Profectò non plus biduum,* [m] *aut. Ph. aut? nihil moror.*
T. *Non fiet, hoc modo sine te exorem. Ph. scilicet*
Faciundum est quod vis. T. merito amo te. Ph. bene facis.
Rus ibo, ibi hoc me macerabo biduum:
Ita facere certum est, mos gerundus est Thaidi.

z Eclipsis.
a Causæ exclusionis Phædriæ, quibus cupit abducere puellam à milite, & est scopus narrationis.
b Vide quam leniter precatur ac blande.
c Metaphora à personis comœdiarum.
d Reprehensio ab indigno.
e Indignanter omnia repetit per imitationem elusoriam, estque subversio qua narratio tota subvertitur.
f Ratiocinatio, qua explanat causam, & eandem mox à signo confirmat.
g Ironia stomachantis amatoris.
h Potentes mulieres.
i Attende astutiam meretricis tandem remittentis contentionem, ut quod odio non potest, gratis extorqueat.
k Pro dicto ponitur.
l Emphasis, & confirmatio à minori: enthymema ex contrariis.
m Aposiopesis, omnia hic vim amoris exprimunt.
n Tanquam bieanium.

Tu huc Parmeno *fac illi adducantur. P. maxime. Ph. in*
Hoc biduum Thais *vale. T. mi* Phædria,
Et tu; nunquid vis aliud? Ph. [z] *egone quid velim?*
Cum isto milite præsens, absens ut sies:
Dies noctesque ames me: me desideres,
Me somnies, me expectes, de me cogites,
Me speres, me te oblectes, me amtota sis,
Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus.
T. Me [a] *miseram, forsitan hic mihi parvam habeat fidem,*
Atque ex aliarum ingeniis nunc me judicet:
Ego pol, quæ mihi sum conscia, hoc certo scio,
Neque me finxisse falsi quicquam, neque meo
Cordi esse quenquam chariorem hoc Phædria.
Et quicquid hujus feci, causa [b] *virginis*
Feci. nam me ejus [c] *spero fratrem propenodum*
Jam repperisse, adolescentem adeo nobilem: &
Is hodie venturum ad me constituit domum.
Concedam hinc intro, atque expectabo, dum venit.

z Amatoria & ridicula digressio Phædriæ.

a Picta querela meretricis ad spectatores; & præparatio ad futurum congressum Chremetis rustici adolescentis.

b Bona meretrix inducitur.

A necessitate.

c i. credo.

Theses.

Amor amatæ puellæ conspectu inflammatur & incenditur.
Futiles sunt pleni rimarum; mox perfluunt.
Viscus merus, ut ait Plautus, est meretricum blanditiæ.
Difficilius est voluptati resistere, quã iræ.
Ἀφροντὶς καὶ τυφὸς ἐστὶ amor.
Amatam circa excæcatur amans.

ACT. I. SCEN. II.

The Argument.

Phædria *being overcome by the flattering speech of* Thais, *promiseth to goe aside for the space of two daies, that* Thraso *in the meane while might have her company.*

THAIS, the harlot. PHÆDRIA, PARMENO.

VVOe is mee unfortunate wench that I am, I feare me lest *Phædria* should take it heavily and misconstrue my dealing, for that yesterday hee wasnot let in.

Ph. O *Parmeno*, since I beheld her, I tremble and quake every bone of my body.

P. Sir, be of good comfort, come neere to this fire, and presently you will be hot enough.

T. Who have we talking here? What, was it you (my deare heart *Phædria?*) why stood you here? What's the reason you came not in forthwith?

P. I, but not a word I warrant you of this shutting out.

T. Why speake you not?

P. In good faith, because, to say the truth, these doores stand alwaies wide open for me, and because I am in the greatest favour with you.

T. Let these things passe.

Ph. What, let those passe? O *Thais, Thais*, I would to God you loved mee as well as I love you, & that in like manner

it might be brought to passe, that this my shutting out, might either as much grieve you, as it doth mee; or else that I could set light this bad dealing of yours.

T. O *Phædria*, for Gods sake, my sweet heart, vexe not your selfe; for surely I did it not because I loved another better; nor that I bare greater affection to any man then to you; but so the case stood, that of necessitie it must be done.

P. I suppose how it comes to passe; poore soule shee, for meere love shut him forth of the doores.

T. Saiest thou so, *Parmeno*? well, goe to; but let me tell you for what cause I sent for you hither.

Ph. Speake on.

T. First and foremost tell me this; can this fellow keepe counsell?

Ph. What, not I? none in the world better. But heare you me, mistresse, I promise you faithfully upon this condition, that what I have heard to be true, those will I keep secret & conceale excellently well; but if so be I heare any thing that is either false, or to no purpose, or forged, out it goes by and by: I can hold in nothing, I leake at this side and that side. Therefore if you will have mee keepe counsell, say onely that which is true.

T. My mother was born in the Ile Samos, and shee did dwell at Rhodes.

P. This may be kept secret.

T. There a certaine marchant gave her a little wench frankly, stolne from hence, out of this citie of Athens.

P. What, was shee free-borne?

T. I thinke so, I am not sure of it, shee told us the name both of her, and of her mother, but the countrey and the rest of the markes and tokens shee knew not, neither could shee, by reason shee was so young. The merchant over and besides told us this, that he heard shee was stolne of robbers from Sunium, of whom he had bought her. After my mother had entertained her, shee began to teach her carefully all the parts of huswifery, and so to bring her up as though shee had been her owne daughter, whereupon every body almost thought verily she had been my sister. I my selfe departing thence, came hither with that stranger with whom then I had alone to doe, and that left mee all these things which now I have.

P. Neither of these two are true, out they shall goe.

T. How knowest thou these to be false?

P. Marry because one sufficed you not, neither gave he them alone, for this my master heere brought you both a great part, and that which was good also.

T. It is as thou saist, but give me leave to finish my tale. Whilest these were in doing, a Captaine that was become a suter to me, went into Caria; in the meane space I came acquainted with you: ever since you know your selfe how most tenderly I loved you, even so well, as that I make you privy to all my devices and counsels.

Ph. In faith, neither will *Parmeno* keepe those things close.

P. Is there any doubt of that?

T. Of all loves hearken to this I am telling you: There my mother departed this life, but a while since: now her brother being a man somewhat given to the world, after he saw this yong damsell, of what an amiable beautie and lovely countenance shee was of, and that shee had skill to play of an instrumēt, thinking belike to get a summe of money for her, brought her forth by and by and sold her. As good lucke served, this my lover was there present, & he brought her to bestow on me, being ignorant and knowing nothing at all of these matters: but after that he was come to Athens, and perceived that there was something also betweene you and me, and that we were great together, hee made delaies, to the end hee might

might not give me her out of hand. And thus he saith, if he could beleeve that I would prefer his company before yours, and also if that he might not feare to be cast off, when I had once taken her of him, that then willingly he would give her mee, but he feareth it. Thus he excused the matter. But as much as I can gather, hee hath falne in love with the maide.

Ph. Yea, but was there no further matter betweene them?

T. No, for I made enquiry of that, now (my deare heart *Phædria*) there are many reasons that move mee, why I desire to withdraw her from him: first of all, that shee is said to be my sister: secondly, that I may restore her againe, and give her to her friends. I am heere a lone woman, I have no body to doe any thing for mee, neither friend nor kinsman, for which cause, sir, I purpose to purchase some friends by this favour; Therefore, as ever you wish mee well, help mee in this matter, to the end it may more easily be brought to passe, give him leave to be preferred before you this two or three dayes: say you nothing to me?

Ph. Thou lewd woman, can I answer thee any thing, thou dealing thus paulterly with me?

P. Hah my master, I commend you, she will once thoroughly feele the smart of it, now you shew your selfe a man.

Ph. Thou toldst me a tale, but I knew not to what passe thou wouldst bring it, til now. There was, saist thou, a little one, shee was conveyed away from this place, my mother brought her up for her owne, she is called my sister, I desire to take her from him, that I may helpe her to her friends: marry forsooth, your tale is come at length to this point, that I am shut out, and he is received in. And why so, I pray you, but that you love him better then mee? And fearing now, lest this wench which is brought over hither, should put your nose out of joynt, comming betweene home and you, and so have such a trim fellow her selfe.

T. What doe I feare that?

Ph. What other thing then troubles you? tell mee, is he the man alone that gives you gifts? have you perceived mee to be pinching? did you ever perceive my bounty halting towards you at any time? did I not set all my other businesse apart, to fetch you a waiting maide out of Æthiopia, after you told mee once your minde? a little after you said you would have an Eunuch, for that women of great estate have of them: I have gotten one of them too. For which two, I payd yesterday 20 good pounds. Yet for all this you make no reckoning of me. Well, I have not forgotten these things. I see for these good turnes you contemne me.

Th. What is this you say, sir? albeit I desire to have her from him, and doe thinke that by this meanes it might best of all be brought about; yet nevertheless rather then I should lose your favour, I will doe even as you will have me.

Ph. I would to God you did speake truth from your heart, without all deceit, when you say thus (rather then I should have your displeasure;) if I could thinke this to be spoken without dissimulation unfainedly, I could beare any things whatsoever.

P. He is faint-hearted; how soone is he even with one word overcome?

Th. Ah poore wretch that I am, doe not I speake as I thinke? what thing desired you ever of mee, though it were but in jest, that you obtained not, when all came to all? and, yet I cannot get this grant of you, onely to goe aside but for these two daies at the furthest.

Ph. Yes indeed if it be but two dayes, marry, I would not have these two made twentie.

Ph. In troth not above two daies, or.

Ph. Or? I passe not to make as light account of you, as you doe of me.

Th. It shall not be, let me intreat you only these two words.

Ph. Yea marry, I must doe as you will have me, there is no remedy.

Th. O sir, my love is well bestowed, you have deserved singular kindnesse at my hands.

Ph. Well said: now I will goe into the Countrey, and there I will pine my selfe away these two daies, I am fully resolved to doe as I say, *Thais* of necessitie must have her fancy fulfilled. See you to this, *Parmeno*, that they be brought hither.

P. Yes sir.

Ph. Farewell *Thais* for two daies.

Th. O my deare heart, *Phædria*, God be with thee: will you any thing else with me before you goe?

Ph. Will I any thing else? marry, my will is that your minde be on me whilest you keepe the Captaine company, and that you love me dearely both night and day; long for my company, dreame of mee, alwaies be looking for me, and let your minde run on me; thinke I will not be long absent; take pleasure in the remembrance of me, and be wholly occupied about me: finally, looke that I have your heart, because you have mine.

Th. O unfortunate wench that I am, peradventure this man giveth small credit to my words, and judgeth me now by other womens dispositions. But this I am certaine of, who know mine owne heart best, that I have forged nothing; neither is there any in the world that I more dearely love, then this man *Phædria*: and whatsoever I have done concerning this matter of shutting him out, I have done it for the damsels sake. And now I beleeve I have in manner found who is her brother, a very renowned young Gentleman. He appointed to come to my house, I will goe hence in, and there will stay looking for him untill he come.

Sententiæ.

Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.

Injuriam ab amico factam æquo feremus animo, acsi eam nihil penderemus; aut æquam partem amoris esse nobis cum illo, aut commissum ei itidem post dolere, ut nobis dolet, crederemus.

Honestæ matris familias est; quas acceperit, eas studiose omnia docere, atque ancillulas honeste pudicéque educare.

Ei, quem intimum habemus, haud veremur nostra credere consilia.

Irati amantis cito labascit animus, & verbo amicæ se vinci facile patitur.

Aliis parvam habet fidem; qui ex suo ingenio pravus judicat.

ACT. II. SCEN. I.

Argumentum.

Phædria rus concedit, id quod *Thaidi* se facturum dixerat. Illius ex amore immutationem miratur *Parmeno*, & militis donum ita laudat, ut heri sui Eunucho præferat.

PHÆDRIA, PARMENO.

Fac [b] ut jussi, deducantur [c] isti. P. faciam. Ph. at diligenter. P. Fiet. Ph. at maturè. P. fiet. Ph. satne hoc mandatum est tibi?

b Inepta & ridicula solicitudo Phædriæ.

c Scilicet, Eunuchus & Aethiopissa. Vt rivalem opponit, ita & munus: sed decebat militis munus vincere.

P. Ah vogitare? quasi difficile sit.
Vtinam tam aliquid invenire facile possis Phædria,
Quam hoc peribit. Ph. [c] *ego quoque una pereo, quod mihi est charius:*
Ne istuc tam iniquo patiare animo. P. minime: quia
Efficium dabo. sed nunquid imperas?
Ph. Munus nostrum ornato verbis, [d] *quod poteris: &*
Istum æmulum, quoad poteris, ab ea pellito.
P. Memini, tametsi nullus moneat. Ph. ego rus ibo, atque ibi manebo.
P. Censeo. Ph. sed heus tu. P. quid vis? Ph. censen posse me obfirmare & peperci, ne redeam interea? P. tene? non hercle arbitror.
Nam [f] *aut jam revertere: aut mox noctu te adigent horsum insomnia.*
Ph. Opus faciam, ut defatiger usque: ingratis ut dormiam.
P. Vigilabis lassus; hoc plus facies. Ph. [g] *abisis, nihil dicis* Parmeno.
Ejiciunda hercle hæc mollities animi; nimis me [h] *indulgeo,*
Tandem ego non illa caream, si sit opus, vel totum triduum? P. hui,
Vniversum triduum; vide quid agas. P. stat sententia.
P. [i] *Dii boni quid hoc morbi est? adeon homines immutarier*
Ex amore, ut non cognoscas eundem esse; hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis severus quisquam, nec magis continens.
Sed [k] *quis hic est, qui hac pergit? at at, hic siquidem est parasitus* Gnatho
Militis; ducit secum una virginem huic dono. [l] *Papæ,*
Facie honesta: mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo,
Cum meo decrepito hoc Eunucho; [m] *hæc superat ipsam* Thaidem.

c Defensio à majori, & est figurata locutio pro, qui mihi sum chariof.
d Pro quoad per crasin.
e Ridicula dubitatio desperantis.
f Responsio facta & irrisoria.
g Collectio sui ipsius ac reprehensio ad confirmationem.
h Vetuste pro mihi.
i Exclamatio irridentis.
k Hæc ad spectatores. Laus Phædriæ ab æta te.
l Præparatio ad congressum parasiti.
m Oeconomia ad futurum amorem. n Per hyperbolen nimia pulchritudo significatur.

Theses.

In *Phædria* est amantium stultorum pictura: sunt enim inconstantes, curiosi, πανήλεγοι, in servos imperiosi, & zelotypi.

In *Parmenone* est servi obedientia & officium.

Dona scortis data vana sunt, neque quicquam promovent.

ACT. II. SCEN. I.

The Argument.

Phædria *goes into the Countrey, as hee had promised* Thais. Parmeno *marveiles that he is so changed through love, and so commends the Captaines gift that he may preferre it before his Masters Eunuch.*

PHÆDRIA. PARMENO.

DOe as I commanded thee, let these be brought away.

P. I will, sir.
Ph. But doeit diligently.

P. Your commandement shall be fulfilled.

Ph. Is not this sufficient bidding for thee?

P. What, doe you yet goe on to taske me, as though it were a hard matter to be performed? Would to God, master *Phædria*, you could as easily finde how to get something againe, as this is like to be cast away.

Ph. Yea marry, I am in danger to be lost my selfe with it, which goes neerer my heart. Take it not grievously that I have so often commanded thee.

P. No sir, I will indeed bring the matter to passe. Pleaseth it you to command me any further service?

Ph. Yea, I pray thee set out with goodly words the gift I send her, as well as you shall be able. And even as soone as thou maist, thrust away from her this bad fellow that loves her which I love.

P. I remember, though you should say nothing of the matter.

Ph. I will be trudging into the countrey, and there I will tarry.

P. I thinke so.

Ph. But ho, heareſt thou mee, *Parmeno?*

P. What's your will, sir?

Ph. Tell mee, dost thou thinke me to be able to resolve with my selfe fully to abide it out, that I may not come backe againe before the limited time?

P. What, you? In good sooth I doe not thinke it. For you will either turne back even now, or else your dreames after a while in the night season will compell you hitherwards.

Ph. I will labour untill I be weary, that sleepe may come upon me whether I will or no.

P. Nay, being wearied you will be kept waking, and so will worke your selfe more sorrow.

Ph. Tush, away foole, its to no purpose thou telst mee, *Parmeno.* In faith I must of necessitie shake off this niceneſſe of minde. I make too much of my elfe. Cannot I want sight of her I pray you, if need were, whole three dayes together?

P. Whough, all the three dayes! beware what you doe.

Ph. I am resolute in this point to doe as I say.

P. Good God, what diseaſe is this? Is it possible that men through love should be so altered, that a body cannot know one to be the selfe-same that he was? There was no man alive of better behaviour, neither any more staied, nor that could better bridle his affections heretofore, then could this my master. But who is this fellow that comes on hither? Ah, ah, this in truth is *Gnatho* the Captaines parasite. Hee brings with him a Damsell for a bountie to *Thais:* good Lord, a well-favoured maide of a beautifull countenance! its a marvaile, but I shall shame my selfe to day here with this my old Eunuch, even at deaths doore for age: why, this virgin surpasseth even very *Thais* her owne selfe.

Sententia.

Non quàm pereat inventum, tam aliquem novum facile invenire possimus.

Ejiciunda est animi mollities, nec nimis nobis indulgeamus.

Homines adeo immutantur ex amore, ut non cognoscas eundem esse.

ACT. II. SCEN. II.

Argumentum.

Quasi ambulantem *Gnathonis* personam inducit, sub cujus verbis corrupti hominum mores ostenduntur, maxime assentatorum, qui patellam sequuntur, & ad prandia præsto sunt.

GNATHO Parasitus. PARMENO.

Dii immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens
Quid interest? hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi:
Conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis,
Hominem, haud [c] impurum, itidem patriæ qui obligurierat bona.
All things are at quiet after the stur, by the comming in of Menedemus; Archonides *daughter is given* Clitipho *for a wife, and* Syrus *is forgiven of* Chremes.

Menedemus Chremes. Clitipho. Sostrata.

IN very truth *Chremes* too too grievously afflicteth the young man, and dealeth too too unkindly. Therefore I am comming forth to make attonement betwixt them. And I see them in very good time.

Ch. Hoe *Menedemus*, why command you not my daughter to be sent for, and ratifie that dowrie which I told you of ?

S. Sweet husband, I pray you for Gods sake doe not so.

Cl. I beseech you father pardon me.

M. *Chremes*, forgive him: let me entreat you.

Ch. What, that I should bestow all my goods upon *Bacchis* ? I will not do it wittingly.

M. But I will not let him doe that.

Cl. Father, if you love my life, forgive me.

S. Goe to, pardon him my sweet husband *Chremes*.

M. Come off I pray you, and be not so obstinate *Chremes*.

Ch. What meanes all this? I see I cannot bring this I purposed to an end as I began.

M. You doe now as beseemeth you.

C. Truly I will pardon him on this condition, if he doe now that I thinke meet he should doe.

Cl. Father I will do every thing: command what you please.

Ch. Marry

Ch. Marry I thinke it meet thou shouldest take a wife.

Cl. O father.

Ch. I admit no excuse.

M. I undertake it that hee shall doe it.

Ch. But I heare himself make no answer.

Cl. Woe is me.

S. Dost thou stand in doubt, *Clitipho*?

Ch. Nay, let him take his choice whether of these he will.

M. He will do any thing you command

S. O *Clitipho*, al these things seeme hard till thou bee entred, and as long as thou knowest them not: but after thou shalt be acquainted with them, they will be easie unto thee.

Cl. Father, I will marrie.

S. Well, my son, I will give thee a prety wench, which thou shalt very well like of, my neighbour *Phanocrataes* daughter.

Cl. What that red-headed, gray-eyed, platter-faced, and hawk-nosed wench? O father, I cannot finde in my heart to love her.

Ch. Heigh, what a minion she is? thou wouldest verily thinke that his minde were set on her even now.

S. Well, and he like not her, I will give him another.

Cl. What ado is here about this? since I must of necessitie marry, in a maner I know her whom I will have.

S. Now indeed, my sonne, I commend thee.

Cl. *Archonides* daughter.

S. I like very well.

Cl. Father, this now remaineth.

Ch. What?

Cl. Marry I would have you to forgive *Syrus* for those things which he hath done for my sake.

Ch. I am content. Fare you well: clap hands and be merry.

Sententia.

Imperat quod pater justus, facere debet filius.

Plurima dum incipias gravia sunt, dumque ignores: ubi cognoveris, facilia.

FINIS.

ADELPHI TERENTII.

ACTA LVDIS FVNERALIB. Q. FAB. MAX. P. CORNELIO AFRICANO ÆD. CVR. EGERE L. ATTILIVS PRÆNESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. F. TIBIIS SARRANIS. FACTA GRÆCA MENANDR. L. ANICIO, M. CORNELIO COSS.

FABVLÆ INTERLOCVTORES.

The ſpeakers in this Comedie.

Mitio, an old man.
Demea, an old man.
Sannio, a bawd.
Aeſchinus, a young man.
Syrus, a ſervant.
Cteſipho, a young man.
Soſtrata, a matrone.
Cantharа, a nurſe.
Geta, a ſervant.
Hegio, an old man.
Dromo, a ſervant.
Pamphila, a daughter in law.

PERSONARVM INTERPRETATIO.

Mitio, ἀπὸ τῆς μήτιδος, à Mente & conſilio : vel ἀπὸ τῆ μακρᾶ, unde μίκκυλος, quod in eo omnia ſint mitia, depreſſa, placida.

Demea, ἀπὸ τῆ δήμου, antiquis homo moribus, popularis ſtatus amans.

Sannio, ἀπὸ τῆ σαννίου, ab haſta, qua valere à jocantibus dicebatur.

Aeſchinus, ἀπὸ τῆ αἰσχυνῆς, à pudore : quia curæ fuit ei frater.

Syrus, gentile nomen ; à natione *Syria*.

Cteſipho, ἀπὸ τῆς κτήσεως φόνος, à patrimonii ſplendore.

Soſtrata, ἀπὸ τῆ σώζειν, à prolis ſervandæ cura.

Cantharа, à cantharo, quod nutrices fere bibulæ ſunt : nam cantharus eſt largioris proculi genus.

Geta, nomen *Gentile*, à *Getis* Thraciæ populis, qui poſt *Gothi* dicti.

Hegio, ἀπὸ τῆ ἡγεῖσθαι, à ductu : quia ſenes debent alios bono exemplo præcedere.

Dromo, ἀπὸ τῆ δρόμου, à curſu : quia imperiti curſu præcipiti feruntur ad omnia.

Pamphila, ἀπὸ τῆ πάντος καὶ φίλη : quia tota eſt amabilis.

Κωφὰ πρόσωπα.

Babylo, vel forte babyla, βαβύλας, futilis, videtur trapezitæ nomen fuiſſe.

Storax vel ſtyrax : ab odore, quia ſtyracis aromatis ſpeciei ſit longè optimus : huic nomen inditum eſt per antiphraſin.

C. SVI-

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN *ADELPHOS*.

DVos cùm haberet Demea *adolescentulos,*
Dat Mitioni *fratri adoptandum* Æschinum,
Sed Ctesiphonem *retinet: hunc citharistria*
Lepore captum, sub duro ac tristi patre
Frater celabat Æschinus: *famam rei,*
Amorem in se transferebat. denique
Fidicinam lenoni eripuit. Vitiaverat
Idem Æschinus *civem Atticam pauperculam,*
Fideinque dederat, hanc sibi uxorem fore.
Demea *jurgare, & graviter ferre. mox tamen*
Vt veritas patefacta est, ducit Æschinus
Vitiatam, pariter Ctesipho *citharistriam,*
Exorato suo patre duro Demea.

A BRIEFE ARGVMENT OF C. *Sulpitius Apollinaris* upon *Adelphos*.

VVHereas *Demea* had two young men to his sonnes, he giveth the one called *Eschinus*, to his brother *Mitio*, to be his adopted sonne: but he keeps *Ctesipho* with him. This *Ctesipho* being trapt with the pleasant gesture of a woman Musician, for he lived under a sharpe and severe father, his brother *Eschinus* kept close: and tooke upon himselfe the report of the thing, that is, his love. At last, he by violence tooke away the Musician from a bawd. The same *Eschinus* deflowred a silly wench, a free denizen of Athens, and promised this maide marriage. *Demea* chid them, and tooke the matter grievously. Yet after the truth was knowne, *Eschinus* marryeth the gyrle he had deflowred, and *Ctesipho* goeth away with the Musician, after that he had gotten his father *Demeas* good will.

PROLOGVS.

[a] *Postquam poeta sensit scripturam suam*
Ab iniquis observari, & adversarios
Rapere in pejorem partem, quam acturi sumus:
Iudicio de se ipse erit: vos critis judices,
Laudne an vitio duci factum oporteat.
[b] Synapothnescontes *Diphili comœdia est.*
Eam Commorientes Plautus *fecit fabulam.*
In Græca adolescens est, qui lenoni eripuit
Meretricem. [c] *in prima fabula enim* Plautus *locum*
Reliquit integrum; eum his locum sumpsit sibi
In Adelphos, *verbum de verbo expressum extulit.*
Eam nos acturi sumus novam, perspicite,
[d] *Furtumne factum existimetis, an locum*
Reprehensum, qui præteritus negligentia est.
[e] *Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles*
Eum adjutare, assiduèque una scribere:
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placent
Qui vobis universis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore usus est sine superbia.
[f] *Deinde ne expectetis argumentum fabulæ:*
Senes qui primi venient, hi partem aperient,
In agendo partem ostendent. facite, æquanimitas
Vestra Poetæ ad scribendum augeat industriam.

Prol. pertinet ad genus judiciale. Status est, non est furtum factum poetæ.
a Exordium captans benevolentiam.
b Narratio & expositio status quæstionis.
c Indicatio, pars prima defensionis.
d Status quæstionis.
e. Inversio, pars defensionis.
f Conclusio, quæ adhortatione & petitione constat.

THE PROLOGVE.

BEcause the poet perceived his comedie, which we are now about to play, to bee throughly pried into of carpers, and his enemies to expound every thing in the worst part, he himselfe will shew you what the adversaries can finde fault with, you shal judge whether this which hee hath done, ought to be commended or dispraised. There is a comedie of *Diphilus*, called *Synapothnescontes*: that comedie *Plautus* turned into Latine, and called it *Commorientes*: in the Greeke there is a young man, that tooke violently a queane from a bawde. In the first part of the comedie, *Plautus* left that place free, which this our Poet tooke into *Adelphos*, and translated it word for word. We are now about to act it as it was never before. Looke very well to it, whether ye can thinke the fact to be theft, or a place taken out of purpose, which was of negligence passed over. And as for that which these his evill willers doe object, saying, that noble parsonages doe often help him, and are daily together in the making of his comedies, this Poet taketh it as a great commendation, which these fellowes thinke to be a sore disgrace and reproach unto him; sith that it liketh and pleaseth them, who content all of you in generall, that are here the beholders, and the whole body of our people: whose help every one used, when they thought good, without deniall, in the time of warre, peace, and in private affaires: furthermore, ye may not looke for the whole matter of the comedie, these will then shew some part of it: the other part, the rest shall manifest in acting. Now have a care that your favourable acceptation may encrease the Poets paines, to set forth more Comedies.

Formulæ

Formula loquendi.

In pejorem partem rapere. To take in the worst part.

Indicio de se ipsa erit. He will bewray himselfe.

Fabulam facere. To make a comedie.

Integrum reliquit. He toucht it not: he left it as he found it.

Verbum de verbo expressum extulit. Hee tooke it out word for word.

Furtum factum existimetis. You may think he hath plaied fast and loose: or a trick of legerdemaine.

Universis placet. He is generally liked of all: he contenteth every man.

Sententia.

Iniqui est hominis & adversarij, aliorum opera observare, & in partem pejorem rapere.

Quod laudi cuiquam, non id vitio; quod autem vitio, non laudi duci factum oporteat.

Maledictum vehemens quod existiment malevoli; eam laudem maximam ducant benevoli.

Qui suo cuique tempore & placere & adjutare studet: dives nunquam erit, nec sapiens habebitur.

ACT. I. SCEN. I.

Argumentum.

Admodum est solicitus *Mitio*, quod nondum à cœna redierit filius *Aeschinus*. Ostendit in liberis educandis lenitate plus, quam asperitate parentes proficere.

MITIO, senex.

Hæc scena explicat totius fabulæ occasionem: estq; narratio de ingeniorum & vitæ duorum fratrum diversitate. quatuor præcipua hic continentur: quæ quatuor literis notantur: a Primo de affectu paterno, qui collatione amplificatur.

STorax, [a] non redijt hac nocte à cœna Æschinus?
Neque servolorum quisquam qui adversum ierant?
Profecto hoc vere dicunt: si abiis uspiam, aut
Vbi sicesses, evenire ea satius est,
Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
Irata, quam illa, quæ parentes propitij.
Vxor, si cesses, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi:
Et tibi bene esse soli, cum sibi sit male.
Ego, quia non redijt filius, quæ cogito? &
Quibus nunc sollicitor rebus, ne aut ille alserit,
Aut uspiam ceciderit, ac perfregerit aliquid?
Vah, quenquamne hominem in animo instituere, aut
Parare quod sit charius, quam ipse est sibi?
Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre: [b] is adeo
Dissimili studio est, iam inde ab adolescentia.
Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium
Secutus sum, & quod fortunatum isti putant,
Vxorem nunquam habui. ille contra, hæc omnia:
Ruri agere vitam, semper parcè, ac duriter

b Secundo de diverso genere vitæ istorum.

Se habere: uxorem duxit: nati filii
Duo. inde ego hunc majorem adoptavi mihi:
Eduxi à parvulo: habui: amavi pro meo,
In eo me oblectio, solum id est charum mihi.
Ille ut item contra me habeat, facio sedulo:
Do, prætermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo jure agere: postremo alii clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium.
Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit; tanto magis audebit cæteros.
PVDORE ET LIBERALITATE liberos
Retinere satius esse credo, quam metu.
Hæc fratri mecum non conveniunt, neque placent.
Venit ad me sæpe clamitans, Quid agis, Mitio *?*
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimium indulges, nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est, præter æquumque & bonum.
ET ERRAT LONGE mea quidem sententia,
Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adjungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum:
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Ille quem beneficio adjungas, ex animo facit,
Studet par referre: præsens, absensque idem erit.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte rectè facere, quam alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest: hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare liberis.
Sed estne hic ipsus, de quo agebam? & certe is est.
Nescio quid tristem video. credo jam, ut solet,
Jurgabit. salvum te advenire, Demea,
Gaudemus.

e Tertio de ratione instituendi liberos.

d Quarto de æquitate, & lenitate.

ACT. I. SCEN. I.

The Argument.

Mitio *is very heavy for that his sonne* Æschinus *came not yet backe from supper; wherein he sheweth how parents by lenitie profit more in the education of their children, then by severitie.*

MITIO, the old man.

HO, *Storax*, came not *Aeschinus* this night backe againe from supper, nor any of my servants which went to meet him? Indeed this is true that men say, if a man should be away in any place, or should linger any where, it is better that those evils happen him, which his wife speaketh against him, and which through anger she imagineth in her minde, rather then those evils which loving and tender parents will thinke of. If thou loyter or stay in any place, thy wife thinks that thou loveſt some body beside her, or that thou sitst tippling in the ale-house, or else takest thy pleasure: and thou alone to be at thy hearts ease, when she is in evill case. Oh, but what things do I muse upon, because my sonne is not returned home againe? and with what things now is my head troubled? I feare lest that he should be frozen with cold, or falne suddenly at unawares into some pit, and have broken some member of him? Hah, is it possible that any man can imagine in his minde, or finde what may be dearer, then he is to himselfe? And for all that he is none of mine, but my brothers son: He is farre otherwise given then I am. For since I was a little one, I have lived this quiet life of Citizen, and at mine owne ease: and I was never married, which those that are of a contrary opinion to me, account as a very blessed thing: my brother he is as far on the other side in every point, and takes pleasure in all these things, to live in the countrey, to keep himself alwaies sparingly and hardly, he hath a wife, he hath two sonnes borne him, of the which I have made this the eldest of them, my adopted son. I have brought him up of a childe. I esteemed him and loved him as mine own. I tooke pleasure in him, and he is my onely joy. On the other side, I labour earnestly in like manner that hee may take me for his father. I allow him money in his purse for his expences, and I winke at some faults: neither is there need that I should do all things as I may. Last of all, I have used my sonne to this, that he should not keep from me those things which youth desire, & which others doe without the knowledge of their parents. For he that either hath accustomed himselfe, or will be bold to lie and deceive his father, so much more bolder will he be to deceive others. In my minde it is better to hold in children, by the love of vertue and good education, rather then through feare. My brother and I cannot agree in these points, neither can he away with them. He often commeth to me with an out-cry, saying, What meane you, *Mitio?* why doe you spoile the young man? it will be a shame to us both. How chanceth it that he is in love? wherefore sits he quaffing and bibbing in the taverne? why allow you him expences in these things? you let him be too brave in apparel, you are too too fond in these matters. But I say, he is too rigorous, contrary to all right and reason. And he is farre deceived truly in my opinion, who deemeth that rule and government to be of more authoritie, and stronger, which is maintained by force, then that which is gotten by friendship: this is my reason, and thus I think in my minde. He that doth his dutie compelled by feare, so long he will take heed whilst he supposeth that which hee doth, shall be brought into examination, and come under coram. If he hope that no man shall know of it, he turneth to his old nature and byas againe. But he, whom thou makest thy friend by doing him a pleasure, willingly doth that is commanded him, and desireth to doe the like

againe: present or absent he is all one. The dutie of a father is this, rather to accustome his sonne to doe well voluntarily, then through the feare of another: for in this thing a father and a master differ one from the other: and he that wots not this, let him confesse that he knowes not how to governe and beare rule over his children. But is not this he himselfe of whom I did speake? yea, it is he indeed: me thinkes he is sad, but I know not why. I beleeve as his custome is, he will chide me even now. O *Demea* my brother, I am glad you are come hither in safetie.

Sententiæ.

Evenire ea satius est, quæ uxor in virum irata dicit, quæque in animo cogitat, quam quæ parentes propitii.

Ne cogita tibi bene futurum esse soli, cum aliis omnibus sit male.

Nihil sit cuiquam carius, quam ipse est sibi.

Non necesse habemus omnia semper pro nostro jure agere.

Qui mentiri, aut fallere patrem insueverit, aut audebit, multo magis audebit cæteros.

Pudore & liberalitate liberos retinere satius est, quam metu.

Imperium erit gravius ac stabilius, amicitia quod adjungitur, quam illud, vi quod fit.

Malo coactus ad officium faciendum, si speret fore clam, rursum ad ingenium redierit.

Ex animo amicus qui facit, præsens absensque idem erit.

Sua sponte recte faciunt liberi parentibus, servi alieno metu dominis.

ACT. I. SCEN. II.

Argumentum.

Demea Æschinum absentem petulantiæ graviter accusat. Excusat eundem *Mitio*, plus nimio indulgens pater. Hic attende lenem *Mitionem*, asperum *Demeam* induci à *Terentio*.

DEMEA, MITIO, senex.

HEm opportune: te ipsum quærito.
M. Quid tristis es? D. rogitas me? ubi nobi Æschinus
Siet, quid tristis ego sim! M. dixine hoc fore?
Quid is fecit? D. quid ille fecerit! [b] *quem neque pudet*
Quicquam, neque metuit quenquam, neque legem putat
Tenere se ullam. nam illa, quæ antehac facta sunt,
Omitto: modo quid designavit! M. quidnam id est?
D. [c] *Fores effregit, atque in ædeis irruit*
Alienas: ipsum dominum, atque omnem familiam
Multavit usque ad mortem: eripuit mulierem
Quam amabat: [d] *clamant omnes, indignissime*
Factum esse. hoc advenienti quot mihi Mitio
Dixere? in ore est omni populo. denique
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?

In hac Scena superior collatio duorum fratrum probatur & amplificatur.
a Oratio Demeæ caret exordio.
b Propositio generalis accusat Aesch.
c Narratio.

d Amplificatio à testimonio aliorum, & exemplo fratris sui.

Nullum hujus simile factum. hæc cum illi, Mitio
Dico, tibi dico : tu illum corrumpi sinis.
M. [f] *HOMINE imperito nunquam quidquam injustius :*
Qui, nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.
D. Quorsum istuc ? M. quia tu Demea *hæc male judicas.*
[g] *Non est flagitium (mihi crede)* [h] *adolescentulum*
Scortari, neque potare, non est, neque fores
Effringere. hæc si neque ego, neque tu fecimus;
Non sivit egestas facere nos : tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.
Injurium est. nam si esset unde id faceret,
Faceremus : & [i] *tu illum tuum, si esses homo,*
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet;
Potius quam, ubi te expectatum ejecisset foras,
Alieniore ætate, post faceret tamen.
D. [k] *Pro* Jupiter *! tu homo adiges me ad insaniam.*
Non est flagitium facere hæc ad adolescentulum ? M. ah !
Ausculta, ne me obtundas de hac re sæpius.
[l] *Tuum filium dedisti adoptandum mihi :*
Is meus est factus : si quid peccat Demea,
Mihi peccat, ego illi maxumam partem feram.
Obsonat, potat, olet unguenta de meo.
Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodum :
Vbi non erit, fortasse excludetur foras.
Fores effregit ? restituentur : discidit
Vestem? resarcietur : est (diis gratia)
Et unde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.
[m] *Postremo, aut desine, aut cedo quemvis arbitrum :*
Te plura in hac re peccare ostendam. D. hei mihi !
Pater esse disce ab aliis, qui vere sciunt.
M. Natura tu illi pater es, consiliis ego.
D. Tun' consulis quidquam ! M. ah ! si pergis, abjero.
D. Siccine agis ? M. an ego toties de eadem re audiam ?
D. Curæ mihi. M. & mihi curæ est : verum, Demea,
Curemus æquam uterque partem, tu alteram,
Ego item alteram : nam ambos curare, propemodum
Reposcere illum est, quem dedisti. D. ah Mitio *!*
M. Mihi sic videtur. D. quid istuc ? tibi [n] *si istuc placet,*
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Jam si verbum unum posthac. M. rursum, Demea,
Irascere? D. an non credis ? repeton quem dedi ?
Aegre est : alienus non sum; si obsto, hem desino.
Vnum vis curem, curo : & est diis gratia,
Cum ita, ut volo, est. iste tuus, ipse sentiet
Posterius; volo in illum gravius dicere.
M. [o] *Nec nihil, neque omnia hæc sint, quæ dicit; tamen*

f Resp. Mitionis excusans factum. Orditur à sententia generali per consultationem.
g Propositio, filium peccavisse.
h Ratio sumitur à juvenili ætate, per comparationem anteactæ suæ & fratris pitæ : Idem se fecisse, nisi quod defuisset occasio.
i Petitio adhibita ad defensionem.
k Tragica exclamatio.
l Relinquit defensionem facti, & serio postulat ut Demea permittat sibi illud jus paternum educandi filium pro voluntate sua.
m Peroratio.
n Concessio ironica.
o Correptio dissimulationis.

Nun nihil molestæ hic sunt mihi, sed ostendere,
Me ægre pati, illi volui: nam ita est homo:
Cum placo, adversor sedulo, & deterreo:
Tamen id humane patitur: verum staugeam,
Aut etiam adjutor sim ejus iraeundiæ,
Insuetam profecto sum illo: nisi Æschinus
Nonnullam in hac re nobis facit injuriam.
Quam hic non amavit meretricem! aut cui non dedit
Aliquid! postremo nuper (credo, jam omnium
Tædebat) dixit velle uxorem ducere.
Sperabam jam deferbuisse adolescentiam:
Gaudebam: ecce autem de integro: nisi, quicquid est,
Volo scire, atque hominem convenire, si apud forum est.

p Argumentum a contrario.

q Reprehensiones breves.

r Aposiopesis.

Moralis expositio.

Instituere liberos & in officio retinere, sine dubio omnium operum summum est, neque magis in ulla re peccari, quam in educatione liberorum: aut enim nimis eis indulgemus, aut nimium duriter tractamus: ut præclare istis duobus exemplis ostenditur.

ACT. I. SCEN. II.

The Argument.

Demea *doth sharpely accuse* Æschinus *of wantonnesse behind his backe: and* Mitio *excuseth him, a father too cockering of his childe. Here marke how gentle* Mitio, *and sharpe* Demea *is brought in of* Terence.

DEMEA. MITIO.

OH very well met: its even you I looke for.

M. Why are you sad?

D. Doe you aske why I am sad? where is our *Æschinus*?

M. Told I you not it would thus fall out? what hath he done?

D. What hath he done, said you! who is past all shame, neither feareth he any man, and thinks himselfe to be lawlesse: for I will say nothing of matters past heretofore: oh what a new pranke hath he committed of late?

M. Whats that?

D. He hath burst open the doores, and hath by force gotten into another mans house: he hath beaten the good man of the house, and all his family, and almost killed them, he hath violently taken away the woman he loved: all the citie cryeth out, that it is a most shamefull part that he hath played. O *Mitio*, I cannot tell how many told mee of this comming hither? it is in every mans mouth, all the world talketh of it. If it be meet to use example, he seeth not his brother give himselfe to wanton love, he seeth him play the good husband in the countrey, to be sparing and of a moderate diet: he seeth no such like thing done as this is. O brother *Mitio*, when I tell him of these, I tell you also: you suffer him to be naught.

M. Never was there since the world stood, any thing more unreasonable then a fellow that knoweth nothing, who

thinketh not any thing well, but that he himselfe doth.

D. To what end and purpose is this?

M. Because, you *Demea*, mistake these things. Its no hainous offence (beleeve me) for a young man to hunt harlots, to top off a carne roundly: its no great fault to breake open dores. If neither you nor I did these things, it was for that povertie suffered not us to do so: now you count that for your commendation, which then need made you to doe; there's no equitie in this: for if we had had wherewithal, we would have done no lesse. And you, if you were a wise man, would permit that your sonne at home, should doe now as *Aeschinus* doth, whilst he is in his yong blood, rather then after your death which he hath long looked for: and so notwithstanding might do it afterwards, at a more inconvenient time.

D. O *Jupiter!* man, thou makest mee mad, is it not a hainous act, for a young man to doe these things?

M. Peish, heare you me, trouble not my head so much with these things: you gave me your sonne to be adopted mine, and by adoption he is made mine: therefore brother *Demea*, if he offend, it is against me: I shall beare the greatest losse there, where he shall doe amisse. He makes banquets, he is often in the taverne, he is full of his perfumes, at my costs and charges. Is he in love with any? I will give him money, when it likes me: if he be where he shall have no money, he shall possibly be sent packing. Complaine you that he hath broken any mans doores? they shall be repaired. Hath hee rent any mans clothes? they shall be amended. I have, God be thanked, whereof to doe these, and as yet they be not grievous to mee: lastly, this I may say, either cease to trouble me, or appoint what arbiter you think good, and I will plainly shew that you are more faultie in this matter, then I am.

D. Ah, woe is me! I pray you learne of others who know well, what it is to be a father.

M. You are his naturall father, I am in advising him.

D. Give you him any good advice?

M. If you hold on thus, I will go hence.

D. What, serve you me so?

M. Should I so often heare one thing?

D. I have a care over him.

M. And so have I: but brother *Demea*, let either of us see to his owne, take you care for the one, and I will take care for the other: for to looke to them both, is in manner, as much as to aske him againe, whom you have given me.

D. Ah, *Miso!*

M. I thinke so.

D. But why am I against this? If it be your minde, let him make havocke and bring all away, let him come to nought. It is nothing to me: if then I speake a word hereafter.

M. Are you angry yet againe, *Demea?*

D. Beleeve you not? Its a griefe to me. I am no Scot or Jew to my sonne, if I be troublesome to you, loe, I let you alone; your minde is that I should take care for one, I looke to him; and I praise God, for as much as he is so as I wish him to be: this your sonne himselfe shall feele it hereafter: well, I will say no worse against him.

M. Something is true he saith, yet not all these: nevertheless these are some griefe to me: but I will not let him know that I tooke it impatiently, for he is such a man, when I desire to please him, then I am the most against him, and so I drive him from his purpose; yet he scarcely takes it meekely, as a man ought to doe: but if I should encrease his rage, and say as he saith, in good sooth I should be as mad as he, although *Aeschinus* doe us some injury in this thing: what queane in all the Citie hath this youth not been intangled

gled with! or who is there that hath not fared better by him! In the end now of late (I beleeve he was then weary of them) he said that he would faine marry. I hoped then that his youthfull courage had abated. I was full glad of it, and loe what I heare of afresh. But whatsoever it is, I would willingly know, and faine would talke with the fellow, if he be in the street or market place.

Sententiæ.

Quem neque pudet quicquam, neque qui metuit quenquam, neque legibus teneri possit, is dignus est, qui è medio tollatur.

Homine imperito nunquam quicquam injustius: qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putet.

Sæpe egestas non sinet id facere nonnullos, quod, si esset unde id facerent, facerent.

Pater esse disce ab iis, qui, quid sit pater, verè natura sciunt.

ACT. II. SCEN. I.

Argumentum.

Senibus omissis describitur *Æschini* factum jurgantis cum lenone: nec hic error est poetæ, quod hic fiant quæ facta esse *Demea* dixit, qui fortasse rumore nuntio acceperat fecisse *Æschinum*, quod facturum ille se minatus fuerat.

SANIO leno, ÆSCHINUS adolescens.

In hac Scena illud Aeschini factum describitur, estque totus hic locus protasis periculi.

OBsecro, populares, ferte misero, atque innocenti auxilium,
Subvenite inopi. Æ. otiose, jam illico hic consiste, nunc quid
Respectas? nihil periculi est: nunquam, dum ego adero, hic te tangit.
S. Ego istam invitis omnibus.
Æ. Quanquam est scelestus, non committet hodie unquam iterum ut vapulet.
S. Æschine, audi, ne te ignarum fuisse dicas morum,
Leno ego sum. Æ. scio. S. at ita, ut usquam fuit fides quasquam optima.
Tu quod te posterius purges, hanc injuriam mihi
Nolle factam esse, hujus non faciam: crede hoc, ego meum jus persequar,
Neque tu verbis solves unquam, quod mihi re malefecerit.
Novi ego vestra hæc. Nollem factum, jusjurandum dabitur, te esse
Indignum injuria hac, indignis cum egomet sim acceptus modis.
Æ. Abi præ strenue, ac fores aperi. S. cæterum hoc nihil facis.
Æ. I intro nunc jam. S. at enim non sinam. Æ. accede illuc, Parmeno.
Nimium istoc abjisti: hic propter hunc assiste, hem sic volo.
Cave nunc jam oculos à meis oculis quoquam dimoveas tuos:
Ne mora sit, si innuero, quin pugnus continuo in mala hæreat.
S. Istuc volo erga ipsum experiri. Æ. hem! serva: omitte mulierem.
S. d O facinus indignum! Æ. geminabit nisi caves. S. hei misero mihi!
Æ. Non innuitram; verum in illam partem potius peccato tamen.
I nunc jam. S. quid hoc rei est? regnumne, Aeschine, *hic tu possides?*

d Exclamatio.

Æ. Si possidetem, ornatus esses ex tuis virtutibus.
S. Quid tibi rei mecum est? Æ. nihil. S. quid? nostin qui sim? Æ. non desidero.
S. Tetigin tui quidquam? Æ. si attigisses, ferres infortunium.
S. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?
Respende. Æ. ante adeo non fecisse erit melius hic convivium.
d Nam si molestus pergis esse, jam intro arripiere, atque ibi
Vsque ad necem operiere foris. S. luxus liber! Æ. sic erit.
S. O hominem impurum! hiccine libertatem aiunt æquam esse omnibus?
Æ. e Si satis jam bacchatus es, leno, audi si vis nunc jam.
S. Egone bacchatus sum in te, an tu in me?
Æ. Omitte ista, atque ad rem redi.
S. Quamobrem? quo redeam? Æ. jamne me vis dicere, quod ad te attinet?
S. Cupio: modo æqui aliquid. Æ. vah! leno iniqua me non volt loqui.
L. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium,
Perjurus, pestis: tamen tibi à me nulla est orta injuria.
Æ. Nam hercle etiam id restat. S. illuc quæso redi quo cæpisti, Æschine.
Æ. Minis viginti tu illam emisti, quæ res tibi vertat male:
Argenti tantum tibi dabitur. S. f quid, si ego tibi illam nolo vendere?
Cages me? Æ. minime. S. namque id metui.
Æ. Neque vendendam nequeo,
Quæ libera est: namque illam liberali assera edula manu.
Nunc vide utrumvis, argentum accipere, an causam meditari tuam.
Delibera hoc, dum ego redeo, leno. S. g pro supreme Jupiter!
Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria.
Domo me eripuit: verberavit: me invito abduxit meam:
Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.
Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tradier:
Verùm enim, quando bene promeruit, fiat: suum jus postulat.
Age, jam cupio, si modo argentum reddat: sed ego hoc hariolor,
Vbi me dixero dare tanti, testeis faciet illico,
Vendidisse me: de argento somnium: mox, cras redi;
Id quoque possum ferre, si modo reddat, quanquam injurium est
Verum cogito id, quod res est, quando eum quæstum occæperis,
Accipienda & mussitanda injuria adolescentium est.
Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo.

d Comminatio vehementior.
Superbè contemnit dicta lenonis.
e Imprecatio.
Stulte negat se venditurum quod erdidit.
g Tragica exclamatio, hic insano mira arte concediur, & interpretari semper deliberare quid faciat.

Moralis expositio.

In *Æschino* propositum hic est exemplum divitis per potentiam contumelioſi, audacis, indulgentis nimium patris filio. In *Lenone* exemplum est sordidi hominis & quæstui turpiter dediti, quem ubique eundem esse cognoscas, etiamsi quandam probitatem præ se ferre possit.

ACT. II. SCEN. II.

The Argument.

In this Scene the old man is not mentioned, but the fact of Æschinus *chiding with the Bawde is described. Neither is this an error of the Poet, for that these things are here done, which* Demea *said were done before; who peradeventure had it but by heare-say that* Æschinus *had done that, which he had threatned he would doe.*

SANNIO the Bawde. ÆSCHINVS a young man.

HElpe I pray you, neighbours, for Gods sake, a poore innocent oppressed, and succour one that wanteth help.

Æ. Abide now here. Let her bide in this same place. VVhy lookest thou backe? There is no danger. This fellow shall not once touch thee whilst I am here.

S. I will keep this wench in despite of all your teeths.

Æ. Though he be a mischievous fellow, yet will he not once give occasion to day to be beaten againe.

S. *Aeschinus*, heare me, to the end you may not say that you knew not my condition of life; I am a seller of young women.

Æ. I know it.

S. But such a one, as any of the greatest credit hath been in any place. I will not take this for an excuse, that you should cleare your selves thus, saying that you would not have had this injury done to me. Beleeve me in this, I will defend mine own right, neither shalt thou discharge that by words, which thou hast wronged me in by deed. I know your words will be these: my minde was it should not have been done, and you will sweare that you deserve not this injury, whereas I my selfe am very unhonestly dealt withall.

Æ. Goe thy waies, be not afraid, and open the doores.

S. But thy labour in this is but lost.

Æ. Goe even now thy waies in.

S. But I will not suffer him.

Æ. Goe thither, *Parmeno*, thou art gone too farre that way, stand by this fellow here, tush, I will have it so: take heed that thou alwaies have an eye to me. Let there be no prolonging of the time, but if I give thee any signe, lay thy fist on his face.

S. I wish that he would make triall.

Æ. Oh save the wench. Sirra, let goe the woman.

S. O shamefull and dishonest act!

Æ. He shall give thee as much more unlesse thou take heed.

S. Alas, wretch that I am!

Æ. I made thee no signe to strike him, but nevertheless rather trespasse in this behalfe, then in the other: goe thy way now with her.

S. What manner of matter is this? What, *Aschinus*, are you master to command here?

Æ. If I were Lord here, thou shouldst be rewarded according to thy deserts.

S. What have you to doe with me?

Æ. Nothing.

S. What? know you who I am?

Æ. I covet not to know.

S. What,

S. What, have I touched any thing of yours?

Æ. If thou hadst touched me, thou shouldst have felt it with a mischiefe.

S. If I may not touch thee, how can you then have more authoritie to have mine, for whom I have paid my money: answer me this?

Æ. It shall be better for thee not to raile on me here before the doores: for if thou goe on to disturbe me, thou shalt even now be haled in, and there shalt thou be beat with whips backe and side, whilst there is any life in thee.

S. A free born beaten with whips?

Æ. It shall be as I tell thee.

S. Ah wicked caitife, what do men say, that here at Athens is freedome to every man alike?

Æ. If thou hast now brawled sufficiently, whore-marchant, heare me now if thou be disposed.

S. Have I raged against thee, or thou against me?

Æ. Let these things goe, and come to the purpose.

S. To what manner? whither shall I come?

Æ. Wilt thou now that I tell thee that which is for thy profit?

S. I covet it, so that it be honest.

Æ. Whough, the whoremonger will have me speake no dishonest things

S. I am a Bawde, I confesse, the common corruption of young men, a faithlesse fellow, a plague to youth, yet have I done you no wrong.

Æ. For that in good sooth, remaineth to be done.

S. I pray you *Aeschinus*, goe backe thither, where you began.

Æ. Thou hast bought her for twentie pounds, which will never doe thee good: thou shalt have so much money againe.

S. What if I will not sell her? will you compell me?

Æ. No.

S. For I was afraid of that.

Æ. Neither do I thinke she ought to be sold, who is free borne: for which cause I set her free: now see whether thou wilt take thy money, or bethinke thy selfe how to handle thy cause before the Judge: thinke Bawde upon this till I come back againe.

S. Oh *Jupiter* that art in the highest heavens helpe me! I now marvell not at those, who run beside themselves when they have wrong done: he hath puld me out of the doores by the eares: he hath beat me back and side: and the woman I bought, he hath led away from me in despite of my teeth: he hath given mee poore wretch above five hundred blowes on the eare: for these good turnes done to me, he would have her as good cheape as I bought her. Well, seeing he hath so well deserved, let it be so, he asketh but that he may well. Go to now, I wish it done, so be it, that he would pay the money: but I suppose this, after I shall say I will give her for so much, he will by and by take witnesse that I have sold her him. But concerning my money, I am as sure of it, as though I dreamed I had it: he will say I shall have it to morrow out of hand. And this too I can endure, if so be then he will pay it, although it be a griefe to me. But I imagine as the matter is, because thou lookest for gaine; thou must be content to take up injuries at young mens hands. But no body will give it: therefore but in vaine I cast these doubts with my selfe.

Sententiæ.

Misero innocenti auxilium ferto, atque inopi subvenito.

Dignus est supplicio qui committet eodem die, pro eadem te tertio ut vapuler.

Injuriæ factæ minimè is satisfacit, qui post

post eam infectam velle dicit: id enim verbis esset solvere, quod re malefecerit.

Dignus est quisque, ut ex suis virtutibus ornatus esset.

Iniquum iniqua non velle loqui commodi causa mirum est.

Qui quæstum occœpit, ei accipienda & mussitãda est non nunquã aliorũ injuria.

ACT. II. SCEN. II.

Argumentum.

Sannio queritur de injuria sibi facta ab *Æschino*, & *Syri* consiliis eluditur.

SYRVS, servus, SANNIO.

TAce, egomet conveniam jam ipsum: cupide accipiat jam faxo, atq; etiam
Bene dicat secum esse actum: quid istuc Sannio est, quod te audio
a Nescio quid concertasse cum hero? Sa. nunquam vidi iniquius
Certationem comparatam, quam quæ hodie inter nos fiat.
Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus.
S. Tua culpa. Sa. quid agerem? adolescenti morem gestum oportuit.
Sa. Qui potui melius, qui hodie usque os præbui? S. age, scis quid loquor?
PECVNIAM IN LOCO NEGLIGERE, maximum interdum est lucrum.
S. Hui!
Sy. Metuisti, si nunc de tuo jure concessisses paululum, atque
Adolescenti essis morigeratus, hominum homo stultissime,
Ne non tibi istuc fœneraret. S. ego sem pretio non emo.
Sy. Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines, Sannio.
Sa. Credo istuc melius: verum ego nunquam adeo astutus fui,
Quin, quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia.
S. Age, novi tuum animum: quasi jam usquam tibi sint viginti minæ,
Dum huic obsequare, præterea autem te aiunt profiscisci Cyprum. Sa. hem!
S. Coemisse hinc, quæ illuc veheres, multa: navem conductam: hoc scio,
Animus tibi pendet: ubi illinc, spero, redieris, tum hoc ages.
b Sa. Nusquam pedem: perii hercle, hac illi spe hoc inceperunt. S. timet:
Injeci scrupulum homini. Sa. O scelera! illuc vide
Vi in ipso articulo oppressit' emptæ mulieres
Compliures, & item hinc alia, quæ porro Cyprum.
Nisi eo ad mercatum veniam, damnum maximum est.
Nunc si hoc omittam, actum agam: ubi illinc rediero,
Nihil est, refixerit res: Nunc demum venis?
Cur passus? ubi eras? ut sit satius perdere,
Quam aut hic nunc manere tam diu, aut tum persequi.
S. Jamne enumerasti, quod ad te rediturum putes?
Sa. Hoccine illo dignum est! hoccine incipere Aeschinum,
Per oppressionem ut hanc mihi eripere postulet!
S. Labascit: unum hoc habeo, vide si satis placet,
Potius, quam venias in periculum, Sannio,
Servesius, an perdas totum, dividuum fac.

Hæc scena Syrus conatur Aeschinum solvendæ pecuniæ promissis liberare: sermo ejus totus suasorius.

a Callidè confutat lenonis querelam in initio.

Metaphora ab aucupibus.

b Confutatio lenonis hic incipit. Aposiopesis. Metapho. à lapillis articulos urgentibus.

Conqueritur.

Metaph. ab arbore sumpta.

Mi-

Minas decem corradet alicunde. Sa. hei mihi!
Etiam de sorte nunc venio in dubium miser.
Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi:
Praeterea colaphis tuber est totum caput:
Etiam insuper defraudet? nusquam abeo. S. ut lubet,
Numquid vis, quin abeam? Sa. imo hercle hoc quaeso, Syre,
Vt ut haec sint facta, potius quam lites sequar,
Meum mihi reddatur: saltem quanti empta est, Syre.
Scio non te usum antehac amicitia mea:
Memorem me dices esse, & gratum. S. sedulo
Faciam. sed Ctesiphonem *video. laetus est*
De amica. Sa. quid, quod te oro? S. paulisper mane.

Moralis expositio.

Exemplum est duorum sceleratorũ hominum, qui sese invicem fallere conantur. Lenones non tanti colaphos faciunt, quanti pecuniam.

Hic perspicitur ut clavus clavum trudit, sic & dolus dolum.

ACT. II. SCEN. II.

The Argument.

Sannio *complaineth of the injury done to him by* Æschinus, *and is mocked by the devices of* Syrus.

SYRVS a servant. SANNIO.

NOt a word, I my selfe now will talke with him: I will make him glad to take the money, and also say that he hath sped well; what is this that I heare, *Sannio*? you and my master have beene jarring, but I know not whereabout.

S. In all my life I never knew a fray more unjustly made, then that which hath been to day betwixt us two. We are both of us weary, I with bearing the blowes, and he with laying on load.

Sy. It was your own fault.

Sa. What should I have done?

Sy. You ought to have followed the young man in his minde.

Sa. What could I do more, then continually to suffer him to buffet me?

Sy. Go too, dost thou know what I will say? Its the greatest gaine sometime when occasion serveth, to set lightly by money.

Sa. Out alas!

Sy. Thou wast afraid (O thou foole of all other) if now thou hadst yeelded to him a little of thine own right, and hadst been conformable to the young man, thou should not have lost by that.

Sa. I purpose not to purchase hope with ready money.

Sy. Thou wilt never be a wealthy man: go thy waies, thou wanteest cunning, *Sannio*, to bring men to lure.

Sa. I suppose this to be the better way, but I was never so suttle: but rather as much as I could, I wished to have ready payment.

Sy. Goe

Sy. Go too, I know your liberall heart, as who say now, you can have twentie pound in any place, so that you fulfill this mans minde. Besides that, they say, you are making a voyage to Cyprus.

Sa. Tush.

Sy. And to have bought many things, which you would transport thither from hence: and that a ship is hired. I hope after that you shall returne againe from thence, then you will seeke to have this money.

Sa. I go no whither. In good sooth I am utterly undone: they began this upon this hope.

Sy. He is afraid; I have given the fellow a bone to gnaw on.

S. O mischievous fellow! marke that, how at the very instant, when I should go to the mart, how he comes upon me: I have bought many women, and also other things which I meane to carry from hence to Cyprus. And except I goe thither to the mart, I shall lose much by it: and now if I omit this, I shall not recover my money. For after I shall returne from thence, my labour will be lost, I shall have a cold suit of it: for the Judges will say to me, Now at length you come? why bare you with him so long? where were you, when you might have entred the action? so as it is better to lose it, then either heere now to abide so long, or then go to law with him.

Sy. What have you now reckoned, what you thinke you shall have comming to you?

Sa. Is this a thing beseeming him? becommeth it *Aeschinus* thus to deale with me, to desire by force to take away this wench from me?

Sy. He quaileth. I have but this one thing to say: see, if you be well contented, whether you would save or lose, or rather then you should come into trouble, *Sannio*, be content to lose halfe: for he will make hard shift but he will get ten pounds somewhere.

Sa. Woe is me! now I doubt, poore wretch that I am, to lose of the principall. He is past shame: he hath made all my teeth to chatter, and my head as soft as a football with buffets: and moreover, he would defraud me of my money. I am going no whither.

Sy. Do as you please: will you any thing else before I goe hence?

Sa. Indeed, I pray you doe this for me, *Syrus*, that I may come by mine owne, howsoever he hath dealt with me, rather then I should sue him: at least helpe me, (O *Syrus*) to as much as she cost mee. I know you have made no use of my friendship heretofore, but if you will do me this favour, you shall say I am both mindefull and thankfull.

Sy. I will doe the best I can, but I see *Ctesipho*, he is glad for his love he hath obtained.

Sa. What is it I intreat you to doe for me?

Sy. Stay a while.

Sententiæ.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.

De suo jure nonnunquam concedere, fœneratum beneficium erit.

Nunquam rem facies, qui usitate spem pretio emit.

Certum auferre melius est in præsentia, quam incerta post sperare.

Quod iniqui juste præstare non possunt, id callide conantur efficere.

Satius est alicui, quod suum est omnino perdere, quam jus contra potentiorem in judicio persequi.

Fac dividuum, priusquam in periculum perdendi totum & de sorte in dubium venias.

Qui gratus & memor est beneficii, dignus is amicitia tua habeatur.

ACT. II. SCEN. III.

Argumentum.

Ctesipho fratrem laudat & commendat, agiteque gratias absenti pro accepto beneficio.

CLITIPHO, adolescens. SYRVS.

Continet hæc scena gratulationem Ctesiphon. qui per rumorem rescisit factum Aeschini.

A Bs quivis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas:
Verum enimvero id demum juvat, si quem æquum est benefacere, is facit.
O frater, frater! quid ego nunc te laudem? satis certo scio,
Nunquam ita magnifice quicquam dicam, id virtus quin superet tua.
Itaque unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
Fratre hominem meminisse esse primarum artium magis principem.
S. O Ctesipho. *C. O* Syre, Æschinus *ubi est? S. ellum! te expectat domi C. bom!*
S. Quid est? C. quid sit! illius opera Syre nunc vivo: festivum caput,
Qui omnia sibi postpuarit esse præ meo commodo,
Maledictum, famam, meum amorem, & peccatum in se transtulit.
Nihil pote supra, sed quisnam? foris crepuit. S. mane, ipse exit foras.

Moralis expositio.

In *Ctesiphone* est gratissimi hominis exemplum.

In *Aeschini* facto veri fratris & amici descriptio; quem in rebus licitis mutari non oportet.

ACT. II. SCEN. III.

The Argument.

Ctesipho *praiseth and commendeth his Brother, and thanketh him being absent, for the good turn received.*

CTESIPHO. SYRVS.

WE are glad to receive a benefit of any man, when need is, but indeed that benefit onely bringeth delight, if so be he do it, who of right ought to do it. O brother, brother, how should I now sufficiently commend you? I know very well, that I can never speake any thing with so great commendations, but your desert will go beyond. Therefore I suppose that I have this one thing chiefely before all others, that no man hath a brother that surpasseth mine in the principall vertues.

S. O *Ctesipho.*

C. O *Syrus*, where is *Aeschinus?*

S. Loe, he stayeth looking for you at home.

C. Oh!

S. Whats the matter?

C. What may it be? O *Syrus*, I could not now be alive but by his meanes: O merry mate, who hath neglected his own matters

matters in regard of my commoditie. The evill speeches, the slander, my love, and offence hath he taken to himselfe. It was not possible for to doe any more for me. But who is this? the doores creeke.

S. Stay: he himselfe cometh forth.

Sententiæ.

Abs quivis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeamus? verum id demum juvat, si is facit, quem benefacere æquum est.

A. Cujus opera nunc vivis, ei jure tuam vitam debes.

Beneficium sæpe judicatur quod est maleficium.

ACT. II. SCEN. IV.

Argumentum.

Colloquuntur fratres: agitur de pecunia reddenda lenoni, & paranda cœna.

ÆSCHINUS, SANNIO, CLITIPHO, SYRUS.

[a] VBi ille sacrilegus? Su. mene quæris? nunquid nam affert? occidi:
Nihil video. Æ. ehem! opportune, te ipsum quærito: quid fit, Ctesipho?
In tuto est omnis res: omitte vero tristitiam tuam.
C. Ego illam hercle vero omitto, qui quidem te habeam fratrem; ô mi Æschine,
O mi germane: [b] ah! vereor coram in os te laudare amplius,
Ne id assimulandi magis, quam quod habeam gratum, fucere existimes.
Æ. Age inepte, quasi nunc norimus nos inter nos, Ctesipho.
Sed hoc mihi dolet, nos pene sero scisse, & pene in tum locum
Redisse, ut si omnes caperent, nihil tibi possint auxiliarier.
C. Pudebat. Æ. [d] ah! stultitiæ est istæc, non pudor, tamvo parvolam
Rem pene ex patria; turpe dictu: deos quæso, ut istæc prohibeant.
C. Peccavi. Æ. quid ait tandem nobis, Sannio? *S. jam mitis est.*
Æ. Ego ad forum ibo, ut hunc absolvam, tu intro ad illam, Ctesipho.
Su. Syre, *insta. S. eamus: namque hic properat in Cypium. S. ne tam quidem,*
[f] Quamvis etiam maneo otiosus hic. S. reddetur, ne time.
Su. At ut omne reddat. S. omne reddet, tace modo, ac sequere hac. S. sequor.
C. Heus, heus Syre. *S. hem quid est? C. obsecro hercle hominem istum impurissimũ*
Quam primum absolvitote; ne, si magis irritatus fiet,
Aliqua ad patrem hoc permanet, atque ego tunc perpetuo peritim.
S. Non fiet, bono animo esto: tu cum illa te [g] intus oblecta interim;
[h] Et lectulos jube sterni nobis, & parari cætera:
Ego jam transacta re convertam me domum cum obsonio.
C. Ita quæso: quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem.

Hæc scena quasi epilogus est superiorum: in qua transigitur res de absolvendo lenone ficta opera Syri.

a Aeschinus. servat adversus lenonem superbiam.

b Assentatores coram laudant.

c Insinuatio beneficii in periculo collati.

d Extenuatio delicti.

e Ex debacchante scilicet & austero

f Instanter à lenone dictum.

g Honesta in re turpi periphrasis.

h Servus magnificè loquitur.

Moralis expositio.

Mutuæ hic benevolentiæ & amoris inter fratres exemplum: quod in rebus honestis est imitandum.

Adolescentis ingenium scire non possumus, dum metus & pudor prohibet: nam ex animo sæpe cupit, quod præ pudore nolle videatur.

ACT. II. SCEN. IV.

The Argument.

The two Brethren talke together, and they confer about the payment of the money to the Bawde, and to make ready supper.

ÆSCHINVS, SANNIO, CTESIPHO, SYRVS.

WHere is that vilde varlet?

Sa. What seeketh he for me? whether bringeth he any money? I am undone, I see none.

Æ Hoe well lits even you I looke for. Whats done, *Ctesipho*? all is well, therefore be not sad.

C. Nay truly, now I am not sad, that may have you my Brother. O my *Aeschinus*, ô my naturall Brother! Alas, I feare to commend you further to thy face, lest you thinke, I doe it rather to flatter you, then that I should shew my selfe thankefull.

Æ. Goe too foole, as though, ô *Ctesipho*, this were the first time that I and you were acquainted: but this grieveth me, that in a manner we had knowne one another too late, and that the matter was well-nigh come to that point, that all the friends in the world, if they would have wished to bring it to passe, could nothing helpe you.

C. I was ashamed to utter my minde.

Æ. Tush, this is foolishnesse, and not bashfulnesse, for so small a matter to be ready to run out of the countrey. Its a shame to be spoken. I pray God keepe these things from thee.

C. I have not done well.

Æ. I, but what saith *Sannio* to us now at the length?

Sy. He is quiet now.

Æ. I will goe to the market, that I may satisfie this fellow; Goe you in to her, *Ctesipho*.

Sa. *Syrus*, be urgent upon *Aeschinus*.

Sy. Let us be going: for this man maketh speed into Cyprus.

Sa. Say not that I goe so speedily, for although I meane to goe, yet will I take my leisure, and stay here for my money.

S. It shall be paid thee, feare not.

Sa. But speake that I may have alt.

Sy. He will pay all, onely be whist, and follow this way.

Sa. I come after.

C. Hoe, hoe, *Syrus*.

Sy. Anon, whats your pleasure?

C. I pray you heartily dispatch as soone as may be this very dishonest companion, lest if he shall be more moved, it come some way to my fathers eare, and then should I be utterly undone for ever.

Sy. There shall be no such matter, have a good heart. We will about this busines: in the meane space, within please thou thy selfe with her: and command the tables to be spred for us, and other things to be made ready. I will come home with some meat when the matter is dispatched throughly.

C. Let it be so, I pray thee: sith that this hath falne out well, let us spend this day merrily.

Sententiæ.

In tuto ubi omnis res est, facile tristitiam omittimus.

Coram magnifice quenquam in os laudare, assentatoris est.

Quorum

Quorum suus amicus indiget, cum auxiliari possit, ea serò scire amico dolet.

Miserrimus est, qui in eum locum rediit, ut si omnes cuperent, nihil ei possint auxiliari.

Occasio in rerum desiderio non est negligenda.

ACT. III. SCEN. I.

Argumentum.

Solicitam inducit *Sostratam* ob filiæ, quæ ex *Æschino* gravida est, vicinum partum.

SOSTRATA matrona. CANTHARA nutrix.

OBsecro mea te nutrix, quid nunc fiet? C. quid fiet rogas?
Rectè ædepol spero. S. modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.
C. Jam [a] nunc times quasi nunquam adfueris, nunquam tute peperieris?
S. Miseram me! neminem habeo: solæ sumus: Geta autem hic non adest:
Nec quem ad obstetricem mittam, nec qui accersat Æschinum.
C. Pol is quidem jam hic aderit: [b] nam nunquam unum intermittit diem,
Quin semper veniat. S. solus mearum miseriarum est remedium.
C. E re nata melius fieri haud potuit, quam factum est, hera:
Quando vitium oblatum est, quod ad illum attinet potissimum,
Talem, tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.
S. Ita pol est, ut dicis: salvus nobis, deos quæso, ut sit.

Hactenus prima pars protasis explicata est: nunc pars altera hic incipit, & Sostrata dolet de filia, & nutrix eam consolatur, duobus arg.

a Arg. primum à conditione parturientium.

b Amatoris signum.

c Secundum à persona adolescentis.

Moralis expositio.

Quid pietas & affectus maternus sit, docet *Sostrata*.

ACT. III. SCEN. I.

The Argument.

The Poet bringeth in Sostrata *heavy and carefull, for her daughters nigh travelling of child birth, whom* Æschinus *had gotten with childe.*

SOSTRATA a Matrone. CANTHARA a Nurse.

I Pray you Nurse, what now shall be done?

C. Aske you what we shall doe? in faith well, I hope.

S. O nurse, my daughter is now in her first sorrows of child bearing.

C. Doe you now feare, as though you were never at a womans labour, and your selfe never bare none?

S. O wretch that I am! I have no body with me: we are all alone, and *Geta* is not here: neither have I any that I may send to the mid-wife, nor that may goe and call *Aeschinus*.

C. In truth he will be even now here: for he passeth not one day, but is ever coming.

S. I have no body in my miseries to comfort me but him.

C. Mistris, it is as well falne out for

her, as may be, seeing she hath happened this chance; because it principally appertaineth to him that is such a qualified young Gentleman, one borne of such a stocke, so well affected to you and your daughter, and come of such a great house.

S. Its indeed so as thou saist: I pray God that we may have him in safetie.

Sententiæ.

Solum esse in adversis miserum est.
Nunquam amator unum intermittit diem, quin ad suam veniat.

ACT. III. SCEN. I.

Argumentum.

Geta Sostratæ servulus commotior, heræ nuntiat *Æschinum* alio captum amore, puellam eripuisse lenoni.

Geta servus. Sostrata. Canthara.

NUnc illud est, quod si omnes omnia sua consilia conferant,
Atque huic malo salutem quærant auxilii nihil afferant;
Quod mihique, heræque, filiæque herili est. væ misero mihi
Tot res repente circumvallant, unde emergi non potest:
Vis, egestas, injustitia, solitudo, infamia.
[b] *Hoccine seculum? ô scelera, ô genera sacrilega, ô hominem impurum!*
S. *Me miserum quidnam est, quod sic video timidum & properantem* Getam?
[c] G. *Quem neque fides, neque jusjurandum, neque ulla misericordia*
Repressit, neque reflexit, neque quod partus instabat prope:
Cui miseræ indigné per vim utrum obtulerat. S. *non intelligo*
Satis, quæ loquatur. C. *propius, obsecro, accedamus,* Sostrata. G. *ah*
[d] *Me miserum vix sum compos animi: ita ardeo irascundia.*
Nihil est, quod malim, quam illam totam familiam dari mihi obviam,
Vt iram hanc in eam evomam omnem, dum ægritudo hæc est recens.
Satis mihi id habeam supplicii, dum illos ulciscar modo.
Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:
Tum autem Syrum *impulsorem, vah, quibus illum lacerarem modis!*
[e] *Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem:*
Vt cerebro dispergat viam:
Adolescenti ipsi eriperem oculos: post hæc præcipitem darem:
Cæteros [f] *ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.*
Sed cesso heram hoc malo impertire properè? S. *revocemus.* Geta.
G. *Hem, quisquis es,* [g] *sine me.* S. *ego sum* Sostrata. G. *ubi ea est? te ipsam quærito.*
Te expecto: oppido opportunè te obtulisti mihi obviam,
Hera. S. *quid est? quid trepidas?* G. *hei mihi.* S. *quid festinas mi* Geta?
Animum recipe. G. *prorsus.* S. *quid istuc prorsus ergo est?* G. [h] *periimus,*
Actum est. S. *eloquere obsecro quid sit.* G. *jam.* S. *quid jam* Geta?
G. Æschinus. S. *quid ergo is?* G. *alienus est à nostra familia.* S. *hem,*
Perii: quare? G. *amare occœpit aliam.* S. *væ miseræ mihi*

a Hæc scena viam facit ad epitasin.
b Tragica conquestio servuli de injuria Æsch.
b Seculum accusat, ut à tempore mores carpat.
c Querimoniam persequitur per exaggerationem.
d Cum pudore & stomacho pronuntianda, nam ira animam impedit.
e ὑποτύπωσις: cum nutu & gestu pronuncianda.
f Litera canina iram indicat.
g Præ ira vix tandem cognoscit heram.
h Interruptus sermo ob indignationem.

G. *Neque*

G. Neque[k] id occulte fert: à lenone ipsus eripuit palam.
S. Satin hoc certe? G. hisce oculis egomet vidi, Sostrata. *S.* [l] *ah,*
Me miseram! quid credas jam? aut cui credas? nostrumne Æschinum,
Nostram vitam omnium, in quo nostræ spes, omnesque opes sitæ
Erant: [m] *qui sine hac jurabat se uxum nunquam victurum diem:*
Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat: patrem
Ita obsecratuum, ut liceret sibi hanc uxorem ducere?
G. Hera, [n] *lacrumas mitte, ac potius quod ad hanc rem opus est, porro consule.*
Patiamurne, an narremus cuipiam? C. hau hau mi homo, sannsne es? an
Hoc proferendum tibi usquam esse videtur? G. mihi quidem non placet.
Iam primum illum alieno animo à nobis esse res ipsa indicat:
Nunc si hoc palam proferemus, ille insicias ibit, sat scio;
Tua fama, & gnatæ vita in dubium veniet: tum si maxime
Fateatur, cum amet aliam, non est utile hanc illi dari:
Quapropter [o] *quoquo pacto tacito est opus.* S. *ah minime gentium,*
Non faciam. G. quid agis? S. *proferam. G. hem mea* Sostrata, *vide quam rem agas?*
S. In pejore loco non potest res esse, quam in quo nunc sita est.
Primum indotata est: tum præterea quæ secunda ei dos erat,
Periit: pro virgine dari nuptum non potest. hoc reliquum est,
Si insicias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat:
Postremo quando ego conscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul:
Neque pretium, neque rem ullam intercessisse, illa aut me indignam, Geta,
Experiar. G. quid istuc? accedo ut melius dicas. S. tu quantum potes,
Abi, atque Hegeoni *cognato hujus, rem omnem narrato ordine:*
Nam is nostro Simulo fuit summus, & nos coluit maximè.
G. Nam hercle alius nemo respicit nos. S. propera: tu, mea Canthara,
Curre: obstetricem accerse, ut cum opus sit, ne in mora nobis sit.

k Arg. magni amoris.
l Apostopesis amare flentis.
m Oratorie vestimentius cupitum postremo posuit.
n Frustra in mecum conjectæ mulierculæ, ut in fabula plusculum esset turbatum.
o Consilium Getæ.

Moralis expositio.

Hæc Scena servi fidelis in *Geta* exprimit officium:

Intempestiva benevolentia & industria sæpe magis obest, quam prodest; Græcis est ἄκαιρος εὐνοια.

Mores irati nihil sibi temperantis hic exprimuntur.

ACT. III. SCEN. II.

The Argument.

Geta Sostrataes *servant being moved, telleth his mistris that* Æschinus *is in love with another wench, which he by violence hath taken from a bawd.*

Geta the servant. *Sostrata. Canthara.*

NOw is that season, that if all the world would lay their heads together, and seek some remedy for the evill which is befaln me, and both my old and young mistris, they could not help us: wo is me wretch! so many things do beset us suddenly on every side, as there is no way to escape; violence, povertie, evill usage, succourlesse estate and infamy. Is this the state of the world? O villanies! O cursed kindel O graceless fellow!

S. O wretch that I am! what is the matter for which I see *Geta* so afraid, and making such speed?

G. Whom neither promise, oath, nor pity hath stayed, nor drawne backe: no though shee were ready to be delivered; whom he, poore wretch that she is, villanously had abused.

S. I do not well know what he saith.

C. *Sostrata*, I pray thee, let us go neerer him.

G. Hah, wretch that I am! I am almost out of my wits for very anger: I wish nothing in the world more then to meet with the whole pack of his kindred, that I may empty all my stomack on them, whilest this griefe is fresh in my minde. I would thinke my selfe very well content, so that I may revenge me on them. First, of that varlet, then that knave *Syrus* that counselled him to it: oh, how would I torment him? I would hoise him up on high by the middle, and would turn him and his heels upward, that he may strew the street with his brains: I would beat the boy blinde: when all this is done, I would break his neck: I would runne violently upon the rest, drive them all before me, take them by strong hand, cast them at my foot, and beat them to powder: but I make no haste to tell speedily my mistris of this mischief.

S. Lets call him back. Oh *Geta.*

C. Tush, trouble me not, whoso ever thou art.

S. I am thy *Sostrata.*

G. Where is she? Its even you I seek: you I look for, you met with me very fitly, mistris.

S. Whats the matter, why quakest?

G. Wo is me!

S. Why makest thou such haste, my *Geta?* take breath.

G. Vtterly.

S. What is this utterly?

G. We are undone: ther's no recovery.

S. Say, I pray thee, what is it?

G. Now.

S. What now *Geta?*

G. *Æschinus.*

S. What hath he done?

G. He hath forsaken us clean.

S. Hah! I am undone then: wherefore?

G. He is in love with another.

S. Wo is me wretch.

G. Neither doth he hide it: for openly by force hath he taken away a girle from the bawde.

S. Art thou sure this is true?

G. Yea, I am sure, I my self saw it, *Sostrata*, with these eyes.

S. Alas, wo is me wretch. What maist thou now beleeve? or whom maist thou now trust? Is it true that our *Æschinus* hath dealt thus, as deare to us as our lives? in whom all our hope and helpe consisted, who had sworn that he would not live one day without this my daughter: who said he would put the childe in his bosome, and intreat his father that he might marry her?

G. Mistris, leave weeping, & rather look to that which is behinde, as necessitie requireth: what say you, should we put up this injurie, or should we tell it to any?

C. Whist,

Whist, whist, what man, art thou well in thy wits? dost thou thinke this meet to be told any where?

G. Truly, not by my consent, for now, the matter it selfe doth first shew that he hath forsaken us: now if we shall openly tell it abroad, I know well, that he will deny it: and then your good name will come in question, and your daughter will be in danger of her life. Moreover, if truly he should confesse it, that the childe is his, it is not good to give this your daughter to him, sith he is in love with another. Wherefore it is needfull by what meanes we may to keep it close.

S. Ha, no: I will not do so.

G. What will you do?

S. I will bruit it abroad.

G. Alas, deare mistris *Sostrata:* take heed what you do.

S. The matter cannot be in worse case then now it is, for first and foremost she hath naught to live on; then secondly, she hath lost that which should be her second dowry, she cannot be given in marriage for a maide. This onely shift I have to make, if he shall deny it, I have a Ring with me which he lost, that can witnesse the truth: lastly, because my conscience telleth me, that I am farre from blame, I will let others understand *Geta*, that neither hire, nor any thing hath been betwixt us, unbeseeming either me or my daughter.

G. What is this? I come nearer, that you may tell me more plainly.

S. Goe in all hast, and tell all this matter orderly to *Hego* my daughters kinsman, for he hath been a great friend to my husband *Simulus*, and hath alwaies been our speciall friend.

G. For indeed no man else regardeth us.

S. Make haste: *Canthara* run, goe call the midwife, that she be not out of the way when need requireth.

Sententiæ.

Frustra malo salutem quæris, cum auxilii nihil afferas.

In pejore loco non potest esse puella, quàm indotatam esse, & pro virgine nuptum dari non posse.

Satius est porro consulere, potius quæ ad futura opus sunt, quam de præteritis non revocandis solicitum esse.

ACT. III. SCEN. III.

Argumentum.

Male est *Demeæ* quod filium *Ctesiphonem* audiverit una adfuisse, cum eriperet mulierem *Aeschinus:* commendatur *Ctesipho*, vituperantur *Mitio* & *Aeschinus*; callide utrumque *Syrus* facit. *Demea* autem narratione virtutum *Ctesiphonis* plurimum gaudet.

DEMEA, SYRVS.

DISPERII: Ctesiphonem *audivi filium*
Vna fuisse in raptione cum Æschino.
Id misero restat mihi mali, si illum potest
Qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere.

Reducitur jam ad epitasin, & hic cura Demeæ de filio continetur: ne corrumpatur *Vel* à fratre Aesch.

Vt ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquo: persuasit ille impurus sat scio.
Sed eccum Syrum *ire video: hinc scibo jam ubi siet:*
Atque hercle hic de grege illo est: si me senserit
Eum quæritare, nunquam dicet cæm fex.
a Senis astutia. *Non* [a] *ostendam me id velle. S. Omnem rem modo seni*
Quo pacto haberet, enarramus ordine.:
Nihil quicquam vidi lætius. D. pro Jupiter!
Hominis stultitiam. S. collaudavit filium:
Mihi, qui dedissem consilium, egit gratias.
c Mire faceto callido commento eluditur Demea: ne Ctesiphonis peccatum resciscat. *D. Disrumpor. S. argentum adnumeravit illico:*
Dedit præterea in sumptum [c] *dimidium minæ:*
Id distributum sane est ex sententia. D. hem!
Huic mandes, si quid recte curatum velis.
S. Ehem, Demea, *haud aspexeram te: quid agitur?*
D. Quid agitur? vostram nequeo mirari satis
Rationem. S. est hercle inepta, ne dicam dolo, atque
Absurda. Pisces cæteros purga Dromo:
Congrum istum maximum in aqua finito ludere
Paulisper: ubi ego rediero, exossabitur:
Prius volo. D. hæccine flagitia? S. mihi quidem non placent.
Et clamo sæpe, Salsamenta hæc Stepnanio
d Macerare mollire, sicut triticum Columella macerandum dixit, & gemmas aceto macerari. Plin. & pleraque alia. *Fac* [d] *maceretur pulchre. D. Dii vostram fidem!*
Vtrum studione id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum? væ misero mihi!
Videre videor jam diem illum cum hinc egens
Profugiet aliquo militatum. S. O Demea,
ISTVC est sapere, non quod ante pedes modo est
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt,
Prospicere. D. quid? istæc jam penes vos psaltria est?
S. Est jam intus. D. ebo, an domi est habiturus? S. credo ut est
Dementia. D. hæccine fieri flagitia? S. inepta lenitas
Patris, & facilitas prava. D. fratris me quidem
e Piget ob damna, pudet ob turpia. [e] *Pudet, pigetque. S. nimium inter vos* Demea, *ac*
Non quia ades præsens dico hoc, permirum interest:
Tu quantus quantus, nihil nisi sapientia es:
Ille futilis, somnium: sineres vero illum tuum
f Senis vigilantia. *Facere hæc? D.* [f] *sinerem illum? an non sex totis mensibus*
Prius olfecissem, quam ille quicquam cæperit?
S. Vigilantiam tuam tu mihi narras? sic siet modo,
Vt nunc est quæso? S. ut quisque suum volt esse, ita est.
D. Quid eum? vidistine hodie? S. tuumne filium?
D. Abigam hunc rus. S. jamdudum aliquid ruri agere arbitror.
D. Satis scis ibi eum esse? S. quem egomet produxi. D. optime est.
Metui, ne hæreret his. S. atque iratum admodum.
D. Quid autem? S. adortus jurgio fratrem apud forum.

De psaltria istac. D. ain vero? S. vah! nihil reticui:
Nam ut numerabatur forte argentum, intervenit
Homo de improviso, cœpit clamare, Æschine,
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere nostro? D. oh! g lacrumo gaudio.
S. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.
D. Salvos sit spero, est similis majorum suum. S. hui!
D. Syre, præceptorum plenus istorum ille. S. Thy!
Domi habuit, unde disceret. D. fit sedulo:
Nihil prætermitto, consuefacio: denique
Inspicere, tanquam in speculum vitas omnium,
Jubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.
Hoc facito. S. recte sane. D. hoc fugito. S. Calliide.
D. Hoc laudi est. S. istæc res est. D. hoc vitio datur.
S. Probissimè. D. porro autem. S. non hercle otium est
Nunc mihi auscultandi · piscis ex sententia
Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio est.
h Nam id nobis tam flagitium est, quam illa, Demea,
Non facere vobis, quæ modo dixti: & quod queo,
Conservis ad eundem illis præcipio modum:
Hoc salsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum:
Illud recte: istrum sic memento: sedulo
Moneo, quæ possum pro mea sapientia.
Postremo tanquam in speculum, in patinas Demea,
Inspicere jubeo, & moneo quid facto opus sit.
Inepta hæc esse, nos quæ facimus, sentio:
Verum quid faciam? ut homo est, ita morem geras.
Nunquid vis? D. mentem vobis meliorem dari.
S. Tu rus hinc abis? D. recte. S. Nam quid tu hic agas,
Ubi si quid bene præcepisti, nemo obtemperet?
D. i Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,
Rus abiit: illum curo unum: ille ad me attinet:
Quando ita vult frater, de istoc ipse viderit:
Sed quis illic est, quem procul video? estne hic Hegeo
Tribulis noster? si satis cerno, is hercle est. vah! homo
Amicus nobis jam inde à puero. Dii boni!
Ne illiusmodi jam nobis magna civium
Penuria est, homo antiqua virtute, ac fide:
Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.
Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Restare video? vah' vivere etiam nunc libet.
Opperiar hominem hic ut salutem, & colloquar.

g In profuso gaudio lachrumæ erumpunt.

h Deludit senem.

i Causa discedendi ut fabula confirmetur.

Moralis expositio.

Suspicio levis est sæpe magni cruciatus causa.

Timidi sunt parentes de liberorum vita, ne per alios seducantur.

Servi hostes sunt maximi, quando *Gnathones* esse incipiunt.

Servorum præsertim famelicorum animus semper est in patinis. φίλαυτοι vel à *Gnathonibus* laudari, mire sibi placent.

ACT. III. SCEN. IV.

The Argument.

Demea *is not well in minde for that he heard, that* Ctesipho *was together with* Æschinus *when he tooke away the woman.* Ctesipho *is commended,* Mitio *dispraised and* Æschinus: Syrus *playeth cunningly on both sides.* Demea *greatly rejoyceth in making relation of* Ctesiphoes *vertues.*

DEMEA, SYRVS.

I Am utterly undone: I have heard say that my sonne *Ctesipho* was together with *Æschinus* in the taking away of the wench: this will be my greatest grief, if he can bring him also to unthriftinesse, who hath a calling to take him to. Where should I goe seeke him? I suppose he is carried against his will into the Stewes some whither. That dishonest fellow hath counselled him to doe it, I know well enough. But loe, I see *Syrus* coming, I will know of him where he is: for indeed he is one of that crew, the hangman will never tell me, if he shall perceive that I look for him: I will not let him know that that is my minde.

S. We have told all the matter erewhile to the old man orderly even as it was: the merriest old man that ever I saw.

D. Oh God, see the folly of my Brother!

S. He commended his sonne, and he thanked me that gave him the counsell.

D. I burst in sunder.

S. He told out the money to me without any delay: and he gave besides an angell for expences: that was devided as we thought good.

D. Ha ah, you should commit the businesse to this mate, if you would have it well looked unto.

S. Ho, Mr. *Demea* I saw you not: what cheere?

D. What cheere? I cannot a little marvell at your manner of life.

S. Indeed to speake the truth, it is fond and absurd. *Dromo* make cleane the rest of the fish: but this great Conger let play a while in the water: it shall be dresst when I come, but not before.

D. Is it convenient you should play such lewd prancks?

S. Truly they content not me, I often call, oh *Stephanius*, see that this salt fish be well watered.

D. Good God whether doth he it of set purpose, or thinks it will be for his commendations, if he shall undo my son? woe is me miserable man, me thinks I see even now that day, when he shall for meere need run from hence some whither to be a souldier.

S. O, Mr. *Demea*, that is wisedome, not only to see things present, but also to see even those that are to come after.

D. What? is this Psaltresse in your custody now?

S. Shee is even now within.

D. Yea, will he have her at home?

S. I thinke so, so mad is he.

D. Is it meete these shamefull acts should be committed?

S. The mildnesse of his father, so easily intreated, is the cause of it.

D. I

D. I am ashamed, and am sorry that he is my brother.

S. There is too much difference, yea too too much, *Demea*, betwixt you two, I doe not speake for flattery: you are nothing but wisedome it selfe; he is a foolish and vaine fellow: should you suffer your sonne to doe these things?

D. Should I suffer him, had not I smeld it out sixe moneths before he attempted any such thing?

S. Tell you me of your diligent care, as though I knew it not?

D. I pray you now let him be as he is.

S. So is the sonne, as the father would have him.

D. What, saw you him this day?

S. What, your sonne?

D. I will packe into the countrey.

S. I thinke he is doing something in the countrey a good while since.

D. Art thou sure he is there?

S. Oh, thinke you I know not whom I my selfe accompanied?

D. Thats very well, I feare left he should have abidden here.

S. I, and that very angry.

D. I, why so? S. He chode his brother at the market for this singing wench.

D. Saiest thou truly?

S. Woh, he cloaked nothing: for by chance, as this money was tendered, this fellow came in the meane space at unawares: he began to cry out aloud, saying, *Aeschinus*, is it meet that you should commit these lewd prancke? becommeth it you to commit these things so unbeseeming our kindred?

D. Hoe, I weep for joy.

S. Thou doest not lose thy money, but thy life.

D. God blesse him, I hope he is like his ancestours.

S. Whough.

D. O *Syrus*, he is passing well instructed in these points.

S. Whough, he had at home, of whom he might learne.

D. He doth this daily: I omit no time: I acquaint him with it briefly: I will him to looke into other mens lives, as into a glasse, and let them be an example to him: I, doe this.

S. Truely, well done.

D. Avoide this.

S. Wisely done.

D. This is commendable.

S. This is a good thing.

D. This is discommended.

S. You gave him very good advise.

D. And furthermore.

S. I have no leisure to heare you: I have gotten fish for my tooth: I must take heed they be not marred, for thats as evill a deed for us, as it is for you, *Demea*, not to do these you spake of erewhile; for as farre as I am able, I instruct my fellow-servants after the same manner, saying, this is salt, this is burnt, this is scant cleanly; yonder is well. Againe, remember to do thus: I am daily admonishing, as well as my skill will serve. Finally, I will them, *Demea*, to looke into the platters, as into a glasse: and I tell them what is needfull to be done: I thinke these but toies which we do. But what should a man do? as a man is, so follow him in his wayes. Wilt thou any thing else?

D. That God would make thee wiser.

S. Are you going hence into the countrey? D. Yea.

S. For what should you do here, where your good counsell can take no place?

D. Sith he, for whose cause I came hither, is gone into the countrey, I will be going hence: I care onely for him, he appertaineth to me: Sithen my brother will have it so, he shall look to this fellow. But who is yonder, I behold a farre off? Is not this *Hegeo* of our stocke? without doubt it is he, if my sight do not faile me. Hoe, a friendly man to us even from our childhood.

hood. O good God! we have too few of such citizens with us now adayes: hee is a good man of great authoritie and credit: neither doe I know any harme hee had done to the Common-wealth. How glad am I when I see some remnants of this stocke? Hoe, now I joy to live. I will stay for the man here, that I may salute him, and talke with him.

Sententiæ.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est videre, sed illa, quæ futura sunt prospicere.

Inepta lenitas parentum & prava facilitas in causa sunt, cur plurima à liberis suis flagitia fiunt.

Vt quisque suum vult esse filium, ita est.

Neminem talia admittere, quæ genere suo sunt indigna, decet.

Adprime utile est, tanquam in speculum, vitam aliorum inspicere, ex quibus exemplum honeste nobis vivendi sumere possimus.

Quod laudi est, facito: quod vitio detur, id fugito.

Quod queas rectè, aliis callidè & probissimè pro sapientia præcipito: & quid facto opus sit, factis admoneto.

Tam uni flagitium est, quam alteri recta non facere.

Nos non facere, aliis quæ facienda præcipimus, ineptum esse censendum.

Vt homo est, ita morem geras.

Nihil agis, si bene quid præcipias, ubi nemo obtemperat.

Hominum antiqua virtute & fide nobis hisce temporibus magna penuria est.

ACT. III. SCEN. IV.

Argumentum.

Hegeo docet Sostratæ filiam inique ab Æschino tractatam, ac tandem vitiatam esse: id factum nunc Demeæ narrat.

Hegeo, Geta, Demea, Pamphila.

Epitasis palam facit Aeschini peccatum.

PRoh Dii immortales! facinus indignum. Geta,
Quid narras? G. sic est factum. H. ex illane familia
Tam illiberale facinus esse actum? o Æschine,
Pol haud paternum istuc dedisti? D. videlicet,
De psaltria hac audivit: id illi nunc dolet,
Alieno: pater is nihili pendit: hei mihi!
Vtinam hic prope adesset alicubi, atque audiret hæc!
H. Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent.
G. In te spes omnis, Hegeo, nobis sita est.
Te solum habemus: tu es patronus: tu parens:
Ille tibi moriens nos commendavit senex:
Si deseris tu, perimus: H. cave dixeris:
Neque faciam, neque me satis piè posse arbitror.
D. Adibo. salvere Hegeonem plurimum
Jubeo. H. te quærebam ipsum: salve Demea.
D. Quid autem? H. major filius tuus Æschinus,
Quem fratri adoptandum dedisti: neque boni

b Civilis & matura comminatio.

c Artificiosa expostulatio.

Neque

Neque liberalis functus officium est viri.
D. Quid istuc est? H. nostrum amicum noras Simulum,
Atque æqualem. D. quid ni? H. filiam ejus virginem
Vitiavit. D. hem! H. mane, nondum audisti Demea,
Quod est gravissimum. D. an quicquam est etiam amplius?
H. [d] *Vero amplius: nam hoc quidem ferundum aliquo modo est.*
[e] *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:*
Humanum est: ubi scit factum, ad matrem virginis
Venit ipsus ultro lacrumans, orans, obsecrans,
Fidem dans, jurans se illam ductuum domum.
Ignotum est, tacitum est, creditum. virgo ex eo
Compressu gravida facta est: mensis hic decimus est.
[f] *Ille bonus vir nobis psaltriam (si diis placet)*
Paravit, quicum vivat: illam deserat.
D. Pro certone tu istæc dicis? H. mater virginis
In medio est, ipsa virgo, res ipsa, hic Geta
Præterea, [g] *ut captus est servulorum, non malus,*
Neque iners, alit illas: solus omnem familiam
Sustentat: hunc abduce: vinci; quere rem.
G. Immo hercle extorque, nisi ita factum est, Demea.
Postremo non negabit: coram ipso cedo.
D. Puget: nec quid agam, neque quid huic respondeam
Scio. Pam. Miseram me! differor doloribus.
Juno Lucina fer opem, serva me obsecro. H. hem!
Illæc fidem nunc vestram implorat Demea;
Quod vos jus cogit, id voluntate impetret.
Hæc primum ut fiant, deos quæso, ut [i] *vobis decet.*
Sin aliter animus vester est, ego Demea
Summa vi hanc defendam, atque illum mortuum.
[l] *Cognatus mihi erat: una à pueris parvoli*
Sumus educti: una semper militiæ, & domi
Fuimus: paupertatem una pertulimus gravem.
Quæ propter nitar, faciam, experiar: denique
[m] *Animam relinquam potius, quam illas deseram.*
Quid mihi respondes? D. fratrem conveniam Hegeo:
Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.
H. Sed Demea, *hoc tu facito tecum animo cogites,*
Quam vos facilime agitis, quam estis maxumè
Potentes, dites, fortunati, nobiles:
Tam maxumè vos æquo animo æqua noscere
Oportet: si [n] *vos vultis perhiberi probos.*
D. Redito, fient, quæ fieri æquum est, omnia.
H. Decet te facere. Geta, *duc me intro ad* Sostratam.
D. Non me inducente hæc fiunt. utinam hoc sit modo
Defunctum! verum nimia illæc licentia
Profecto evadet in aliquod magnum malum.

d Collatione amplificat. e Narratio.

f Conclusio per ironiam.

g Cæsar ait, ut Captus est Germanorum. Cic. ut captus est hominum.

h Argumentum à conjecturis.

i Græcismus. Act. 5. sc. 8. infra.

l Causam reddit cur adversarius sit futurus.

m Incrementum.

n Persuasio à laude probitatis.

o Minis cura cõpositio, sed apta irascẽti, est enim litera canina.

Act. 3. sc. 2. ruerem, agerẽ, raperem, &c. supra.

p Epiphonema.

Ibo, ac p *requiram fratrem, ut in eum hæc revomam.*
H. Bono animo fac sis Sostrata, *& istam quod potes,*
Fac consolere: ego Mitionem, si apud forum est,
Conveniam: atque ut res gesta est, narrabo ordine:
Si est facturus, ut sit officium suum,
Faciat: sin aliter de hac re est ejus sententia,
Respondeat mihi, ut quid agam quam primum sciam.

Moralis expositio.

Errantes multis doloribus sæpe afficiuntur.

Fidi & synceri patroni hic est exemplum.

Amicorum æqualium mutua debet esse opera, etiam post alterutrius mortem.

ACT. III. SCEN. V.

The Argument.

Hegeo *sheweth that* Sostrataes *daughter hath been ill dealt withall by* Æschinus, *and at length to have been deflowred by him: which fact of his, he telleth here to* Demea.

HEGEO, GETA, DEMEA, PAMPHILA.

OH the immortall gods! a villanous fact. *Geta*, what is this thou telleſt me?

G. It is done thus as I tell you.

H. What, saist thou that such dishonesty is committed by one of that family? O *Aeschinus*, in good sooth thou hast not learned this of thy father.

D. Surely he hath heard of this singing wench, that is now a griefe to him, who is but a stranger. His father, he maketh no account of it. Woe is me, O that he were somewhere here by that he might heare these things!

H. Vnlesse they will doe that which becometh them to dee, they shall not carry it away so.

G. O *Hegeo*, all our hope relyeth on you: we have only you to stand our friend: you are our defendor, you are our father: that old man on his death bed bequeathed us unto you, if you forsake us, we are undone.

H. Beware thou saist not so: I will not doe it: neither doe I thinke that I can sufficiently performe that dutie I owe unto him.

D. I will go unto him: O *Hegeo*, I wish you very well to fare.

H. Its even you I looked for: O *Demea*, God save you.

D. But why seeke you me?

H. Your elder sonne *Aeschinus*, whom you gave to your brother to make his adopted sonne, hath not plaid the part of an honest man, or one well brought up.

D. What is that he hath done?

H. Knew you our friend *Simulus* a man of my age?

D. What should let, but that I might know him?

H. He hath deflowred this mans daughter.

D. Alas.

H. Nay stay, yet *Demea* have you not heard the worst.

D. Is

D. Is there any thing yet besides?

H. Yea there is more: for this in some regard is to be born with; for the night perswaded him thereto, love, wine, and his youthfulnesse, and it is but a point of mans frailtie: for after he knew what he had done, he came of his own accord to the maids mother weeping, praying and desiring for Gods sake her favour, promising and swearing that he would marry her. None knew of it but themselves, the matter is kept close, for she beleeved his word: the maide was great with childe by him; this is now the tenth moneth. That honest man, in Gods name, hath got to mock us with a singing wench, with whom he may live, and would forsake her.

D. Is this true you tell me?

H. The maidens mother is readie to testifie it, the maid her self, and also the very matter: besides this her servant *Geta*, an honest painfull fellow, as the condition of servants is; he nourisheth them, he alone maintaineth the whole family, take him too aside, bind him, and inquire the matter out of him.

G. Yea. Mr. *Demea*, get it out by torments of me, if it be not done as he hath told: lastly, the young man himself will not deny it. Say it to his face.

D. I am ashamed of it, neither do I know what to do, or what I should answer this man.

P. O wretch that I am, I am even riven in sunder with pains. O *Iuno Lucina*, help, save me, I pray thee.

H. Ho, I pray thee, is she in labour?

G. Yea, *Hegeo*.

H. Alas, now *Demea*, she craveth your aid, let her obtain that with favor, which equitie constraineth you to. I pray God you may do as it beseemeth you in this case, but if you be not so minded, I will defend to the uttermost this woman, and him that is departed: he was my kinsman, we were brought up together of little ones, we have been companions alwayes in warre abroad, and in peace at home: and we suffered great penurie together. Wherefore I will do the best I can do. I will try the right by law: to be short, I will lose my life, before I will forsake them. What answer do you give me?

D. *Hegeo*, I will talke with my brother, & what he shal advise me, that will I do.

H. But *Demea*, do thus much, thinke with your self this, that as you live at case, and as you are very mighty, rich, fortunate, and noble, so much more ought you a great deal with a ready good will understand what things are lawfull, if you will be accounted an honest man.

D. Go back again, you shall have all right and reason requires.

H. It behoveth you so to do. *Geta*, lead me the way into *Sostrata*.

D. I am neither of assent nor counsell in these matters, I would to God that this may be the last prank he should play: but without doubt it is, that too too much free scope wil come to some one or other great mischief. I will go and seek again for my brother, that I may utter these things with reproach against him.

H. *Sostrata*, be of good cheer, and comfort this your daughter as wel as you can: and I will go and talk with *Mitio*, if he be at the market place, and I will let him understand how all the matter stands. If he will do that which he ought, let him do it: but if he be of another minde touching this matter, let him give me an answer, that I may soone know what I should do.

Sententiæ.

Ex honesta familia illiberale facinus oriri minimè decet.

Quod te jus cogit, id voluntate impetretur.

Animam

Animam nobis relinquamus potius, quam amicum fidelem deseramus.

Quod tibi quispiam de re ulla, bonum dederit consilium, id sequere.

Quanto facilius tu agis, quanto es potentior, ditior, fortunatior, & nobilior: tanto æquiori animo æqua te noscere oportet, si vis haberi probus.

Omnia decet te facere, quæ fieri æquum est.

Nimia licentia in magnum aliquod semper evadet malum.

ACT. IV. SCEN. I.

Argumentum.

Syrus Ctesiphonem instituit quemadmodum respondere debeat patri.

CTESIPHO. SYRVS.

A In patrem hinc abisse rus? S. jamdudum. C. dic sodes. S. apud Villã est, nunc eum maxume operis aliquid facere credo. C. utinã quidẽ, Quod cum salute ejus fiat, ita se defatigarit velim, Vt triduo hoc perpetuo prorsus à lecto nequeat surgere S. Ita fiat, & istoc si quid potis est rectius. C. ita. nam hunc diem [b] *Misere nimis cupio, ut capi, perpetuum in lætitia degere. Et illud rus nulla alia causa tam malè odi, nisi quia prope est: quod si abesset longius, Prius nox oppressisset illic, quam huc reverti posset iterum.* [c] *Nunc ubi me illic non videbit, jam huc recurret, sat scio. Rogabit me, ubi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die. Quid dicam. S. nihilne in mente est? C.* [d] *nunquam quicquam. S. tanto nequior. Cliens, amicus, hospes nemo est nobis? C. sunt: quid postea? S. Hisce opera ut data sit. C. quæ non data sit? non potest fieri. S. potest. C. Interdiu, sed si hic pernocto, cause quid dicam, Syre? S. Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari! Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchrè calleo. Cum* [e] *finit maximè, tam placidum, quàm ovem reddo. C. quomodo? S. Laudarier te audit libenter: facio te apud illum deum: Virtutes narro. C. meas! S. tuas: hominis illico lachrumæ cadent Quasi puero, gaudio. hem tibi autem. C. quidnam est? S.* [f] *Lupus est in fabula. C. Pater est? S. ipsus est. C. Syre, quid agimus? S. fuge modo intro: ego videro. C. Si quid rogabit,* [g] *nusquam tu me: audistin? S. potin ut disinas?*

a Hic compendio ostenditur, quidnam sit locutus.

b Asseveratio comica.

c Solicitudinem paternam notat.

d Bonus adolescens mentiri nescit, nec vult.

e *ἐπιφώνημα.*

f Silentii proverbium.

g Ellipsis: properanti apta.

Moralis expositio.

In *Ctesiphone* depingitur ingenium probi & simplicis adolescentis, qui patrem reveretur, & aversatur mendacium.

Mos verorum patrum circa filios ostenditur in *Demea*, quem describit *Syrus*.

Hic etiam demonstratur quantum moribus obsint pravorum commercia.

ACT.

ACT. IV. SCEN. I.

The Argument.

In this Scene Syrus *teacheth* Ctesipho *how to make answer to his father.*

CTESIPHO. SYRVS.

DOe you say that my father is gone into the countrey?

S. Long since.

C. Of good fellowship tell me truly.

S. He is now at his farme, and I beleeve that he is now hard at some worke.

C. I wish truely, so it may be with his safety, that he might be so weary himselfe, that he might not be able to rise out of his bed all these three daies together.

S. So I would have it, and any thing that may be more commodiously done by him for thee then this.

C. Even so: for I above measure desire to live merrily all this day, as I have begun: and there is no other reason why I doe so much dislike of that farme, but for that its so neere the citie: for if it were further away, it would be night ere that he could returne hither againe. Now when he shall not see me there, then will he come running hither backe againe, I know wel enough. He will aske me where I have beene, whom I have not seene all this whole day? What should I say?

S. Canst thou make no excuse for thy selfe?

C. No: none at all.

S. So much the worse. Have you no client, friend, or guest?

C. Yes; what then?

S. You may say, you attended on these.

C. Attendance which was never given: I cannot make this an excuse which I never did.

S. But you may.

C. On the day time. But what if I tarry all the night, O *Syrus*, what excuse then should I make?

S. Oh ho, how would I excuse the matter, and say, that it is the manner even in the night time, to attend on our friends. But feare nothing: for I know his minde very well: when he shall be as hot as a toste, I can make him as quiet as a lambe.

C. How?

S He gladly heareth you commended: I make you a God with him; making relation of your good qualities.

C. Mine!

S. Yours, and by and by he will weep like a childe for joy. But ho, you must be packing.

C. What's the matter?

S. He is here we speake of.

C. Is't my father?

S. Its even he.

C. O *Cyrus*, what shall we doe?

S. Get thee in quickly now, and I will see the event.

C. If he shall aske for me, say you saw me no where: heareſt thou me?

S. Can you hold your peace?

Sententiæ.

Ne id nobis optemus, quod cum alterius salute non fiat.

Liberalis est, qui facile aliquid petenti concedit; & ei vult, quod poscitur, sponte si possit rectius facere.

Omnes, qui cœperunt, perpetuos in lætitia dies degere cupiunt.

Malum nulla alia causa male nos, nisi quod malum sit, odisse oportet.

In mente Simplicis & cordati nunquam

quicquam

quicquam causam est effingere.
Interdiu, noctuque etiam, si quid opus sit, amicis operam demus.
Fervidum maximè hominem, qui illius sensum pulchrè callet, placidam ovem facile reddat.
Quibus bene volumus, hosce libenter laudari audimus.
Virtutes te apud homines deum, & divum apud deum te faciunt.

ACT. IV. SCEN. II.

Argumentum.

Queritur *Demea* quod fratrem non repererit. Idem à *Syro* deluditur, locum in quo sit frater, bifariam describente.

DEMEA, CLITIPHO, SYRUS.

NÆ ego homo *infelix! primum fratrem nusquam invenio* [a] *gentium: Preterea autem dum illum quæro, à villa mercenarium*
Vidi: is filium negat esse ruri: nec quid agam scio.
C. Syre? *S. quid ais? C. Meu quærit? S. verum. C. perii. S quin tu animo bono es.*
D. [b] *Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo satis discernere:*
Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.
[c] *Primus sentio mala nostra: primus resciscо omnia:*
Primus porro [d] *obnuntio: ægrè solus, si quid sit, fero.*
S. Rideo hunc: primum disce scire, is solus nescit omnia.
D. Nunc redeo, si forte frater redierit viso. C. Syre,
Obsecro, vide ne ille huc prorsus se immat. S. etiam taces?
Ego cavebo. C. [e] *nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi:*
Nam me jam in cellam aliquam cum illa concludam, id tutissimum est.
S. *Age, tamen ego hunc amovebo. D. sed eccum sceleratum* Syrum.
S. [f] *Non hercle hic quide in durare quisquam, si sic sit, potest.*
Scire equidem velo, quot mihi sint domini: quæ hæc est miseria?
D. Quid ille gannit? quid volt? quid ais, bone vir? est frater dovi?
S. *Quid (malum)* [g] *bone vir mihi narras? equidem periit. D. quid tibi est?*
S. *Rogitas?* [h] Ctesipho *me pugnis miserum, & istam psaltriam*
Usque occidit. D. hem, quid narras? S. *hem! vide ut discidit labrum.*
D Quamobrem? S. *me impulsore hanc emptam esse ait. D. non tu eum rus hinc modo*
Produxe ajebas? S. [k] *factum: verum venit post insaniens:*
Nihil pepercit: non puduisse verberare hominem senem,
Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis?
D. Laudo, Ctesipho: *patrissas: abi, virum te judico.*
S. *Laudas? næ ille contin. bit, posthac si sapiet, manus.*
D. Fortiter. S. perquam: quia miseram mulierem & me servolum,
Qui referire non audebam, vicit: [l] *huic perfortiter.*
D. Non potuit melius: idem sensit quod ego, te esse huic rei caput.
Sed estne frater intus? S. *non est. D. ubi illum quæram rogito.*
S. [m] *Scio ubi sit, verum hodie nunquam monstrabo. D. hem, quid ais?* S. *ita.*

D. Di-

a Magis sonoram reddit orationem.
b Ridicula querela senis.
c Expolitio Rhetorica.
d Obnuntiantur mala, annuntiantur bona.
e Diffidentia Ctesiphonis ex pavore.
f Eluditur Demea ne deprehendat Ctesiphonem.
g Τραγικῶς ponitur.
h Versura fictio ad deludendum senem.
i Synechdoche pro toto ore.
k Callida inventio.
l Cum gestu pronuntiandum.
m Hoc dicit ut avidius investiget.

D. Diminutur tibi quidem iam cerebrum. S. at nomen n scio
Illius hominis, sed locum novi ubi sit. D. dic ergo locum.
S. Nostin porticum apud macellum hac deorsum? D. quid ni noverim?
S. n Præterito hac recta platea sursum: ubi eo veneris,
Clivus deorsum, vorsum est: hac te præcipitato: postea
Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est.
D. Quonam? S. ubietiam capriticus magna est, nostin? D. novi. S. hac pergito
D. Id quidem angiportum non est pervium. S. verum hercle: vah
o Censen hominem me esse? erravi: in porticum rursum redi.
Sane hac multo propius ibis: & minor est erratio.
p Scin Cratini *huius ditis ædes? D. S. scio. ubi eas prætrieris*
Ad sinistram hac recta platea: ubi ad Dianæ *veneris,*
Ito ad dextram, prius quam ad portum venias, apud ipsum lacum
Est pistilla, & ex adversum est fabrica: ibi est. D. quid ibi facit?
S. Lectulos in sole ligneis pedibus faciundos dedit,
Vbi potetis vos. D. q sane bene: sed cesso ad eum pergere?
S. I sane, ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium:
Æschinus *odiose cessat: prandium corrumpitur:*
Ctesipho *autem in amore est totus: ego iam prospiciam mihi.*
Nam iam adibo, atque unumquidque, quod quidem erit bellissimum,
Capam, & cyathos sorbillans, paulatim hunce producam diem.

n Perplexa descriptio.

o Callide mendacium simulando errorem palliat.

p Alia loci descriptio.

q Ironicôs.

Moralis expositio.

Servorum animus nihil integrum, nihil sanum in se habet
Optimi quiq; à pessimis servis falluntur.

Natura usu venit, ut quo sint ingenia viliora abjectioraque, hoc magis in omnem improbitatem & impudentiam proclivia.

ACT. IV. SCEN. II.

The Argument.

Demea *complaineth, for that he hath not found his brother: the same is mocked of* Syrus, *describing unto him the place where his brother should be.*

DEMEA, CTESIPHO, SYRVS.

I Am a very unfortunate man. For first I can finde no where my brother: and then whilst I seeke him, I saw one of my hired servants belonging to my farme, and hee saith that my sonne is not about the ground; so as I cannot tell what to do.

C. O *Syrus*?

S. What say you?

C. Seeketh he for me?

S. Yea.

C. I am undone.

S. Nay, be of good cheare.

D. In a mischiefe what ill lucke is this? I cannot sufficiently judge: unlesse, I suppose, I be borne to this thing, to suffer misery. I am the first that perceiveth our mishaps: I am the first that cometh to know all: and moreover, I am the first that reports it. I alone take it heavily, if any thing be done amisse.

S. I laugh at this man, he saith that he knoweth the firsts and hee alone is the

man that knoweth nothing.

D. Now I will goe againe, and see if peradventure my brother shal be return'd.

C. *Syrus*, I pray you beware that he rush not furiously hither amongst us.

S. Yea, doe you not yet hold your peace? I will looke unto it.

C. I will no time this day put thee in trust with this matter. For I will now shut up my selfe with her in some secret chamber, that is the safest.

S. Goe to, I will send this man packing forthwith.

D. But loe where mischievous *Syrus* is?

S. In good faith there is no abiding for any man here, if he be thus dealt withall. Verily, faine would I know how many masters I have? What a lamentable case is this?

D. What divels *pater noster* is this he is saying? what would he? what saist thou honest man? is my brother at hand?

S. What (a vengeance) tell you me of an honest man? truly I am but a gone man.

D. What's the matter with thee?

S. Doe you aske? *Ctesipho* hath almost kild me, poore wretch, and that singing wench, with buffetting.

D. Hah, what telst thou me?

S. Alas, see how he hath all to berent my face.

D. Wherefore?

S. He saith that at my request this woman was bought.

D. Didst not thou say that thou hadst him on the way homeward into the countrey from hence of late?

S. So I did: but he came afterwards as one distract and besides himself: he spared no body: should he not have beene ashamed to beat an old man, whom I crewhile carried as a very little boy in mine armes?

D. I commend thee *Ctesipho*, thou followest thy father: goe thy way, I count thee a man for doing so.

S. Doe you commend him? surely he will hold his hands hereafter, if he be wise.

S. Valiantly done.

S. Oh, very valiantly, for that he hath overcome a woman, a poore caitiffe, and me a servant, that durst not be bold to smite again. Ho, most couragiously done.

D. He could have pleased me no better; he thought which I thinke, that thou art the Ring leader in this dance. What, is my brother within?

S. He is not.

D. I muse where I may goe seeke him.

S. I know where he is, but I will not tell you to day.

D. Hah, what saist thou?

S. So.

D. I will surely now beat out thy brains.

S. But I know not the mans name, but the place I know where he is.

D. Tell me then the place.

S. Know you not this gallery beneath at the butchers shambles?

D. What lets me not to have known it?

S. Passe right thorow this street to the over part; when you come there, there is a steep place towards the lower end thereof: run down this way: after that there is on this hand a chappell, and there fast by is a narrow corner.

D. Whither directest thou me?

S. Where also is a great wilde fig-tree. Know you it?

D. I know it.

S. Goe on this way.

D. That corner is no thorow-gate.

S. True indeed: ah, ha, doe you not perceive that I am a man? I have told you amisse; come backe againe into the walking-place I told you of, this way shall you goe indeed a great deale the nigher, and it is not so ill to hit. Doe you know this rich *Cratinus* house?

D. I know it.

S. When you shall have passed it, goe

on the left hand in this street without turning: when you shall come to *Dianaes* temple, go on the right hand, before you come to the gate: at the very water pool there is a hand-mill, and over against it there is a shop: and there is he.

D. What doth he there?

S. He gave little tables to be made, having feet of holme, whereupon you may banquet on the day time.

D. Finely done truly: but why make I no more haste to go to him?

S. Go thy wayes on Gods name: I will set thee on work to day, as thou deserves't, thou crooked old carle. *Æschinus* lingreth that it grieveth me to tarry longer, dinner is spoiled: *Ctesipho*, he is altogether in love: I will now look to my self, for now I will go, and I will take every thing that shall be most toothsome: and in tipling of pots, I shall bring this day by little and little to an end.

Sententiæ.

Miseria est maxima, primum omnium sentire mala, eaque solum ferre.

Qui profitetur primum se scire omnia, quum is solus nescit omnia, ridiculum est caput.

Servilis est miseria, quot sint sibi domini, nescire.

Juvenem senem hominem si non pudeat verberare, insanire est.

Non est fortis miserum vincere, qui referre neq; audet, nec potest.

ACT. IV. SCEN. III.

Argumentum.

Rogat Mitionem Hegeo *ut* Sostratam *adeat*, *narraturus illi suspitionem alienati à* Pamphila Æschini, *ortam esse propter ereptam* Ctesiphoni psaltriam.

MITIO. HEGEO.

EGo [a] *in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere*, Hegeo:
[b] *Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum est, corrigo:*
Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant,
[c] *Sibi fieri injuriam, ultro si quam fecere ipsi: expostulant,*
Et ultro accusant: id quia non est à me factum, agis gratias.
H. Ah, minime: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.
[d] *Sed quæso, ut una mecum ad matrem virginis eas*, Mitio:
Atque istæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri:
Suspitionem hanc propter fratrem ejus esse, & illam Psaltriam.
M. Si ita æquum censes, aut si ita opus est facto, eamus. H. benè facis:
Nam & illi animum levabis, quæ dolore ac miseria
Tabescit, & tuo officio fueris functus: sed si aliter putas
Egomet narrabo, quæ mihi dixti. M. imo ego ibo.. H. benefacis:
Omnes quibus res sunt minus secundæ, *magis sunt nescio quomodo*
Suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis

Hæc Scena constat tota senilibus colloquiis & de officiis humanitatis.

a Viam sternit ad Catastrophen.

b Officium boni viri.

c Injuriosorum mos.

d Succinctim de re loquitur, eo quod ambo intelligebant.

Propter suam impotentiam: se semper credunt negligi.
Quapropter teipsum purgare ipsis coram placabilius est.
M. Et recte, & verum dicis. H. sequere me ergo hac intro. M. Maximè.

Moralis expositio.

In *Mitione* exemplum est & integritatis & summæ humanitatis: In *Hegeone* viri prudentis & in amicum fidelissimi.

ACT. IV. SCEN. III.

The Argument.

Hegeo *intreateth* Mitio *that he would go to* Sostrata, *and tell her that the suspition of* Æschinus *forsaking of* Pamphila, *rose of this, for the taking away of the Musician for his brother* Ctesipho.

MITIO. HEGEO.

I Finde nothing in this matter, why I should be so much commended, *Hegeo:* I do but my duty, and make amends where I have done amisse: unlesse thou suppose me to be in the number of those men, who after this manner that they have injury done to them, if they have wilfully injured others, they finde themselves grieved without cause, & do moreover accuse them, you give me thanks.

H. Ha, nay. I never thought you to be otherwise then you are. But I pray you, *Mitio*, go together with me to the maids mother, and say your selfe the same thing to the woman, which you have spoken to me, that this suspition is for his brother, and this psaltresse.

M. If you so think good, or if need so require, let us go.

H. Its well done of you: for by this means ye shall ease her heart, who weareth away with sorrow and grief, and you shall play the part of an honest man: but if you be other wise minded, I my self wil go tell her what you told me.

M. Verily I will go with you.

H. Honestly done. Every one with whom the world goeth not altogether well with, howsoever it comes to passe I know not, are more suspicious then others, and are more readie to take all deeds and sayings as injuries to them: and for their infirmities, think themselves to be contemned. Wherefore you shall please her the better, to excuse your selfe before them face to face.

M. Its both well and truly spoken of you.

H. Then come in this way after me.

M. Yes.

Sententia.

In his rebus multum reperias, quamobrem magnopere te laudent homines, si officium facias, & peccatum quod à te ortum est corrigas.

Qui alios accusant & expostulant, sibique injuriam fieri putant, cum ipsi fecerint, maxime omnium injuriosi sunt.

Omnes, quibus res sunt minus secundæ, magis sunt suspitiosi.

ACT.

ACT. IV. SCEN. IV.

Argumentum.

Dolet vehementer *Æschinus* in suspitionem venisse se apud *Sostratam* & *Pamphilam*, quod amare *Psaltriam* cœperit, quam non sibi, sed fratri, ut gratum faceret, ab lenone eripuerat.

ÆSCHINVS.

DISCRVCIOR animi: hoccine de improviso mali mihi objici
Tantum, ut neque quid de me faciam, neque quid agam, certum sit?
Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit,
Pectore consistere nihil consilii quivit. vah, quomodo
Me ex hac expediam turba tanta? nunc suspicio de me incidit,
[b] *Neque ea immerito.* Sostrata *credit mihi me psaltriam hanc*
Emisse: id anus fecit indicium mihi.
Nam ut hinc forte ea ad obstetricem erat missa, ubi eam vidi, illico
Accedo: rogito, Pamphila *quid agat? jam ne partus adsiet?*
Eone obstetricem accersat? illa exclamat, Abi, abi jam, Æschine,
Satis diu verba dedisti nobis: satis adhuc tua frustrata est fides.
Hem, quid istuc obsecro, inquam, est? valeas: habeas illam, quæ placet.
Sensi illico id illas suspicari, sed me repressi tamen,
Nequid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palam.
Nunc quid faciam? dicam fratris esse hanc? quod minime est opus
Vsquam efferri. age, mitto, fieri potis est, ut ne qua exeat:
Ipsum id metuo ut credant: tot concurrunt verisimilia:
Egomet rapui: ipse egomet solvi argentum: ad me abducta est domum:
Hæc adeo mea culpa fateor fieri: non me hanc rem patri
Vt erat gesta indicasse? exorassem ut eam ducerem.
Cessatum usque adhuc est. [d] *nunc porro,* Æschine, *expergiscere;*
Nunc hoc primum est, ad illas ibo, ut purgem me, accedam ad fores.
Perii, horresco semper, ubi pultare hasce occipio fores.
Heus, heus, Æschinus *ego sum, aperite aliquis actutum ostium.*
Prodit nescio quis: concedam huc.

Hæc verba repentino nuntio Aeschini animum perculsum judicant.

b Causa stuporis Aeschini.

c Sic in And. valeant, qui inter nos, &c.

d Exhortatur seipsum.

Moralis expositio.

Frater multa patitur, tristior propter fratris commodum.

Mulieribus nihil credendum arcani, quum sint futiles & garrulæ.

Amantium est maxima sollicitudo, ne ab amica, quam depereunt, excludantur.

Turbati hominis querelas, sed tamen inter affectus & animi oblæsiones cordati, hæc scena proponit.

ACT. V. SCEN. VI.

The Argument.

It grieveth Æschinus *that he is suspected of* Sostrata *and* Pamphila, *that he should love the psaltresse which he had taken from the bawd, not for himselfe, but for his brother, that he might doe him a pleasure.*

AESCHINVS.

I Am greatly vexed in my minde, that this so great mischiefe should be objected against me, that had never such a motion in my minde: so as I knew not for certaintie what I should doe with my selfe, neither how to mend it. All the parts of my body for feare have lost their strength, through dread my minde was astonished, & no counsell could take place in my heart. Oh how should I rid my selfe of these so great incumbrances? Now am I suspected, and that not unworthily. *Sostrata* beleeveth that I have bought this Psaltresse for my selfe. The old woman let me understand that, for by chance as shee was sent thence to goe call the midwife, I saw her: I went to her, and indeed I did require how *Pamphila* doth, whether that now her day of delivery were at hand or not, and whether she went to call the midwife: she cryeth out upon me, Away, away, thou hast now, *Aeschinus*, mocked us long enough: hithertoward the trust that I have had in thee, hath meetely well deceived me. Alas said I, I pray you what is the matter? she going on, said, Thou maiest be packing, thou maiest have her, that liketh thee. I understood by and by that that they suspected, yet nevertheleſse I stayed my selfe, lest I should utter any thing of my brother to that babler, and so should it come abroad. What now should I doe? shall I say thee is my brothers? which is not needfull any where to be uttered. Go to, I let this passe: the matter may be so brought about; as that it no way may be known: but this is it then that I feare, that they should beleeve their suspition of me to be true: there are so many probabilities cōcurring together. I my selfe tooke her from him, I my self paied the money, & she is brought home to me. I confesse indeed these things to be done through my default, for that I told not this matter to my father even as it was done. I should have entreated him that I might marry her, who staid even till now. Now henceforth, *Aeschinus*, bestir thy stumps. First, and foremost, now this will I doe, I will goe to them that I may cleare my selfe: I will come to the doore: woe is mee, I shall tremble when I knocke at this doore. Ho, ho, *Aeschinus* is here, open the doore quickly some of you. Some cometh forth, but I know not who. I will get me by here too aside.

Sententiæ.

Magnum de improviso mali, quod accidit, membra debilia metu, & animum timore stupidum reddit.

Pectore nihil consilii, ubi metus & timor, consistere potest.

Reprime te, ne quid de quoquam garrulo dicas, nam fiet continuo palam.

Quod minime opus usquam efferri, stultum est proferre.

Cave secretum, ne qua exeat, fidei tuæ commissum.

Vbi multa concurrunt verisimilia, facile est credendum.

ACT. IV. SCEN. V.

Argumentum.

Mirè faceto commento novum incutit *Æschino* metum pater, ostendens alii viro nupturam *Pamphilam*: tandem amisso ludo, agere serio incipiens, filii animum gaudio explet, futurum promittens, ut illam ipse ducat uxorem.

MITIO,

MITIO, ÆSCHINVS.

ITa ut dixi, Sostrata,
Facite: ego Aeschinum conveniam, ut, quo modo acta hæc sunt sciat.
Sed quis ostium hos pultavit. Ae. pater hercle est: perii. M. Aeschine.
Ae. Quid huic hic negoti est? M. tune hæs pepulisti fores? tacete:
Cur hunc aliquantisper non ludo? melius est.
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse voluit credere.
Nil mihi respondes? Ae. non equidem istas quod sciam.
M. Ita: nam mirabar quid hic negoti esset tibi.
Erubuit: salva res est. Æ. dic sodes pater,
Tibi vero quid istic est rei? M. nihil mihi quidem.
Amicus quidam me à foro abduxit modo,
Huc advocatum sibi. Æ. quid? M. ego dicam tibi.
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ:
Opinor eas non nosse te, & certe scio:
Neque enim diu huc commigrarunt. Æ. quid tum postea?
M. Virgo est cum matre. Æ. perge. M. hæc virgo orba est patre:
Hic meus amicus illi genere est proximus:
Huic leges cogunt nubere hanc. Æ. perii. M. quid est?
Ae. Nihil, perge. M is venit, ut secum avehat:
Nam habitat Mileti. Ae. bem, virginem ut secum avehat?
M. Sic est Ae. Miletum usque obsecro? M. ita. Ae. animo male est,
Quid ipse? quid aiunt? M. quid illas censes? nihil enim
Commenta mater est, esse ex alio viro,
Nescio quo, puerum natum, neque eum nominat:
Priorem esse illum, non oportere huic dari.
Ae. Eho, nonne hæc justa tibi videntur postea?
M. Non. Ae. obsecro non? an illam hinc abducet, pater?
M. Quidni illam abducat? Ae. factum à vobis duriter,
Immisericorditerque, atque etiam, si est pater
Dicendum magis aperte, illiberaliter.
M. Quamobrem? Ae. rogas me? quid illi tandem creditis
Fore animi misero, qui illi consuevit prius,
(Qui infelix haud scio an illam misere nunc amat)
Cum hanc sibi videbit præsens præsenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum, pater.
M. Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?
Cui? quando nupsit? autor his rebus quis est?
Cur duxit alienam? Ae. an sedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus huc
Illinc veniret, expectantem: hæc, mi pater,
Te dicere æquum fuit, & id defendere.
M. Ridicule, adversumne illum causam dicerem,
Cui venirem advocatus? sed quid ista, Aeschine,
Nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus. quid est?

a Catastrophe cœpta est, sed eum priusquam absolvat, mire faceto commento novum metum Æschino incutit Mitio.

Quid lachrumas? Æ. pater, obsecro, ausculta.
M. Æschine, audivi omnia,
Et scio: nam amo te: quo magis, quæ agis, curæ sunt mihi.
Æ. Ita velim me promerentem ames dum vivas, mi pater,
Vt me hoc delictum admisisse in me id mihi vehementer dolet,
Et me tui pudet. M. credo hercle: nam ingenium novi tuum
Liberale, sed vereor ne indiligens nimium sies.
In qua civitate tandem te arbitrare vivere?
Virginem vitiasti, quam te jus non fuerat tangere.
Iam id peccatum primum magnum, at humanum tamen:
Fecere alii sæpe, item boni. at postquam evenit, cedo,
Nunquid circumspexti? aut nunquid tute prospexti tibi
Quid fieret? qua fi ret? si te ipsum mihi puduit dicere:
Qua resciscerem? hæc dum dubitas, menses abierunt decem.
Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.
Quid? credebas, dormienti hæc tibi confecturos deos?
Et sine tua opera illam in cubiculum iri deductum domum?
Nolim cæterarum rerum te socordem eodem nodo.
Bono animo es, duces uxorem hanc. Æ. hem! M. bono animo es, inquã. Æ. pater,
Obsecro num ludis tu nunc me? M. ego te? quamobrem? Æ. nescio
Nisi, quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis.
M. Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem accersas: abi.
Æ. Quid? iamne uxorem? M. iam. Æ. iam? M. iam quantũ potes. Æ. Dii me, pater,
Omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos.
M. Quid quã illam? Æ. æque. M. perbenigne. Æ. quid ille? ubi est Milesius?
M. Abiit, periit, navem ascendit, sed cur cessas? Æ. abi, pater:
Tu potius Deos comprecare: nam tibi eos certe scio,
Quo vir melior multo es, quam ego sum, obtemperaturos magis.
M. Ego eo intro, ut, quæ opus sunt, parentur: fac tu, ut dixi, si sapis.
Æ. Quid hoc negoti? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse?
Itaque adeo magnam mihi injecit sua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit, sciens cavebo.
Sed cesso ire intro, ne mora meis nuptiis egomet sim?

Moralis expositio.

Parentum officium in castigandis, & ad rectam viam reducendis errantibus liberis hæc scena docet.

Audacia indomita homo & ingenio ad vitia facile proclivi, duriori disciplina, si non mitioribus verbis, à flagitiis est coercendus: flexa autem ingenia & submissa, qui faciliter monitis parent, obtemperabunt, nec verbis sunt exasperanda.

ACT. IV. SCEN. V.

The Argument.

Mitio *the father feareth* Æschinus *marvellously with a pleasant device, telling him that* Pamphila *shall be married to another man: At length leaving his jesting, he beginneth to deale in good earnest, and greatly reioyceth the heart of the sonne, promising that he himself shall marry her.*

MITIO.

MITIO. ÆSCHINVS.

DOe as I bad you, *Sostrata*, I my selfe will talke with *Æschinus*, that he may know how these matters are dasht through. But who knocketh at the doore?

Æ. In truth it is my father, wo is me.

M. O *Æschinus*.

Æ. What businesse hath this man here?

M. did you knocke at this doore? Hee is quiet. Why doe I not mocke this fellow a little while? I thinke it not amisse, because he would never credit me. Saiest thou nothing?

Æ. Truely I knocked not at this doore, that I know of.

M. Saist thou so? for I marvelled what you should have to do here. he blusheth: all is well.

Æ. Of love father tell mee truely, what made you here?

M. Nothing I truly. A certaine friend of mine brought mee erewhile from the market-stead hither, to be his assistant in a matter.

Æ. What was it?

M. I will tell thee. There dwelt here certaine silly poore women, as I deeme, and I am sure you know them not, for they have not long dwelt here.

Æ. And what more then followeth?

M. There is a maide with her mother.

Æ. Goe on.

M. And this maide is fatherlesse; and this my friend is very next of kin to her, and therefore the law constraineth him to marry her.

Æ. Outalas!

M. What is the matter?

Æ. Nothing, well, go on.

M. Hee is come to have her away with him, for he dwelleth at Miletum.

Æ. Hah, that he may take away the maide with him.

M. Its so as I say.

Æ. I pray you, as far as to Miletum?

M. Yea.

S. I am sick at the heart: but what do the Mother and Daughter? What say they?

M. What thinke you they can say? truely nothing. The mother maketh a matter, and saith shee hath a child by another man, but nameth him not, and that he is the former, and therefore ought not to be given to this man.

Æ. Ho, whether did not these things afterward seem just unto you?

M. No.

Æ. No, I beseech you? shall he, father, have her away hence?

M. Why should he not?

Æ. Ye deale very hardly and unmercifully, yea, and (father) if I may speake more plainly, unhonestly.

M. Why so?

Æ. Aske you mee? what shall at the length become of that poore heart, who had her company before, (who, forlorne man, may exceedingly love her now, it may bee I cannot tell) when he shall see her taken away before his face, and see her no more? O father, an unseemly deede of you.

M. What reason hast thou to say thus? who betrothed her? who gave her? whom and when married she? who is the principall in these matters? why hath the fellow married another mans wife?

Æ. Was it meete for a maid of those yeers to sit waiting at home, till her kinsman should come from thence hither? Equity (Father) required, that you should have uttered things and defended it.

M. O foole, should I speake against him for whom I come to be an advocate? But what matter's this to us, *Æschinus*, or what have we to do with them? let us go hence. What's the matter, why weepest thou?

Æ. O father, I pray you hear me.

M. *Æschinus*, I have heard all and know everything. I love thee: wherefore these things are a greater care to mee, which thou doest.

Æ. And so I would to God (my father) I might deserve your love whilst you live, and I am very sorry, that by doing evill, I have received such an ill report upon me, and I am ashamed of my self for your sake.

M. I verily beleeve it, for I know thy honest nature well, but I fear lest thou shouldst be too careless. I, what city once thinkest thou to live in? thou hast deflowred the maid, whom it was not lawfull for thee to touch: that now is a very great offence, yet nevertheless committed of frailty; others, and good men have done the same often. But tell me, after that thing happened, whether did you look well about you? or whether did you foresee your self, what might be done? what might be brought to passe? If you were ashamed to tell it me, how should I know of it? whilest thou durst not tell me these things, ten moneths are gone about. Thou hast betraied as much as lieth in thee, both thy selfe and that poore wretch, and thy sonne. What? didst thou beleeve that the Gods would bring the thing to passe for thee being careless, as one asleep? and she to be brought home, without any of thy paines? I would not have thee so careless after the same manner of other matters. Be of good cheer, thou shalt marry her.

Æ. Hah!

M. I say, be of good comfort.

Æ. Father, I pray you now mock me not.

M. Do I mock you? why should I?

Æ. I cannot tell, except I do so much the more feare it, as I covet earnestly the matter to be true.

M. Get thee home, and earnestly intreat the Gods that thou maist go and fetch thy wife. Go.

Æ. What? now a wife?

M. Now.

Æ. Even now?

M. Now as soon as thou canst.

Æ. Gods malediction have I, father, unlesse I love you better then mine own eyes.

M. What, better then her?

Æ. As well.

M. Very lovingly spoken.

Æ. But what, where's that *Milesian*?

M. He is gone, that matter is dasht: he hath taken shipping. But why linger you?

Æ. Go father, and rather pray you unto the Gods: for I am perswaded they will the sooner grant your request, by how much more vertuous a man you are then I.

M. I will go in, that such things as need may be made ready: do thou as I bid thee, if thou be wise.

Ae. What businesse is this? Is this to be a father, or is this to be a son? If he were my brother, or fellow mate, how could he more follow my fancie? Is not this man worthy to be loved? Is he not worthy to be born in my bosome? Therefore hath he made me very carefull by this pleasure done me, lest peradventure unawares I should have done that which he would not have me. I will wisely beware of that. But I make no haste to go in, lest I be the cause of delay of mine own marriage.

Sententiæ.

Conscio sibi male, tacenti qui tacet, consentire videtur.

Ex castigatis & erubescentibus spes aliqua concipitur.

Erubescere, ex parte saltem salvam rem esse indicat.

Cum quis amatam sibi videbit præsens præsenti eripi & ab oculis abduci, dum injustè,

injustè, duriter & illiberaliter sibi factum putabit.

Aequum dicere, honestum decet, & id defendere.

Adversum illum causam dicere, cui veneras advocatus, ridiculum.

In nuptiis requiruntur sponsalia, per mutuum datoris & autoris consensum.

Virgo nubilis non diu sponsum expectet

Liberalia ingenia sæpe non sunt diligentia.

Peccatum etsi magnum, quum tamen sit humanum, quod & alii sæpe, iique boni fecere, haud animadvertendum vulgo judicatur.

Circumspicere & prospicere sibi quid & qua, quodque fieret, sapientis est.

Dormienti nequicquam alicui consecturus est deus: fortunat deus labores, consilia & conatus secundat.

Quo miserius aliquid esse verum cupimus, eo magis veremur.

Deus primo est comprecandus, ut prospere, quæ conamur, succedant omnia.

Quo melior tu es multo, quam alii, eo magis tibi obtemperaturus est deus.

Benefici magnam, quibus beneficiunt, curam injiciunt sua commoditate, ne imprudentes hi faciant, quod illi nolint.

ACT. IV. SCEN. VI.

Argumentum.

Demea deambulando defatigatus, de *Syro* queritur, quod non aperte satis commonstraverit locum, ubi frater esset *Mitio*.

DEMEA.

a *DE fessus sum ambulando, ut, Syre, tu tum tua*
Monstratione magnus perdat Jupiter.
b *Perreptavi usque omne oppidum ad portum, ad lacum,*
Quo non? neque fabria illic erat, neque fratrem homo
Vidisse ajebat quisquam. nunc vero domi
Certum obsidere est usque, donec redierit.

a Anhelans solus hæc secum loquitur.
b Aptum seni verbum.

Moralis expositio.

Exemplum hic est sævi patris ex affectu vero, & ob hoc invisi omnibus.

ACT. IV. SCEN. VI.

The Argument.

Demea *being wearied with walking, complaineth of* Syrus *for that he had not plainly enough taught him the place where his brother* Mitio *was.*

DEMEA.

I Am weary of walking: *Jupiter* give thee *Syrus* ill thriving for shewing me so. I have crept over every part of the towne, to the port, to the poole; and whither went I not? Neither was there any Smithes shop, and there was not any that said they saw my Brother. Now I am purposed to sit verily waiting at home for

for him till he returne.

Sententiæ.

Magna est sollicitudo parentum pro liberorum salute, quibus bene consulere & prospicere omni modo student.

ACT. IV. SCEN. VII.

Argumentum.

Demea de vitio virgini oblato & nuptiis rescisciti:is fingitur jam tumultuari, sed postea placatur.

MITIO. DEMEA.

a Demea tandem de nuptiis rescisci. fingitur jam tumultuari, verum postea placabitur.

I Eo, illin dicam nullam esse in nobis moram.
D. Sed eccum ipsum, te jamdudum, quæro Mitio.
M. Quidnam? D. fero alia flagitia ad te ingentia
Boni illius adolescentis. M. ecce autem. D. nova,
Capitalia. M. obe, jam, D. nescis qui vir sit. M. scio.
D. Ah stulte, tu de psaltria me somnias
Agere? hoc peccatum in virginem est civem. M. scio.
D. Eho, scis, & patere? M. quid ni patiar? D. dic mihi,
Non clamas? non insanis? M. non, habeo quidem.
D. Puer natus est. M. dii bene vortant. D. virgo nihil habet.
M. Audivi. D. & ducenda indotata est. M. scilicet.
D. Quid nunc futurum est? M. id enim quod res ipsa fert:
Illinc huc transferetur virgo. D. O Jupiter!
Istoccine pacto oportet? M. quid faciam amplius?
D. quid facias, rogitas? si non re ipsa tibi dolet,
Simulare certe est hominis. M. quin jam virginem
Despondi: res composita est: fiunt nuptiæ:
Dempsi metum omnem: hæc magis sunt hominis. D. cæterum
Placet tibi factum, Mitio? *M. non, si queam*
Mutare: nunc, cum non queo, æquo animo fero.
Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris:
Si illud quod est maxime opus jactu, non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
D. Corrector: nempe tua arte virginæ minæ
Pro psaltria periere: quæ, quantum potest,
Aliquò abjicienda est, si non pretio, at gratiis.

b Non vult Ctesiphonem perdere.

M. b Neque est, neque illam sano studeo vendere.
D. Quid igitur facies? M. domi erit. D. proh Divûm fidem!
Meretrix, & mater familias una in domo?
M. Cur non? D. sanum te credis esse? M. equidem arbitror.
D. Ita me dii ament, ut video ego tuam ineptiam,
Factuum credo, ut habeas quicum cantites.
M. Cur non? D. & nova nupta eadem hæc discet? M. scilicet.
Tu inter eas restim ductans saltabis. M. probe.

Et

Et tu nobiscum una, si opus sit. D. bei mihi,
Non te hoc pudet? M. jam vero omitte, Demea,
Tuam istam iracundiam, atque ita uti decet,
Hilarem, ac lubentem fac te in gnati nuptiis.
Ego has conveniam, post huc redeo. D. O Iupiter!
Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam?
Vxor sine dote veniet: intus psaltria est:
Domus sumptuosa: adolescens luxu perditus:
Senex deliratus: ipsa, si cupiat, Salus
Servare prorsus non potest hanc familiam.

Moralis expositio.

In hac scena est intempestivæ objurgationis exemplum, ac per hoc ridiculæ. Pacifici hominis ingenium minime temere ad iram commovetur, uti hoc loco describitur.

ACT. IV. SCEN. VII.

The Argument.

Demea *getteth knowledge of the maids deflouring, and of the marriage. He at the first is made to be in a raging furie, but after is pacified.*

MITIO,

I Will go tell them that we are ready.
D. But lo where he is. I looked for you *Mitio*, long since.
M. Wherefore?
D. I bring you other foul faults of that honest young man.
M. But lo, more mischief yet?
D. Newly committed, worthy death.
M. Ho, let me hear now no more.
D. He is another manner of fellow, then you are aware of.
M. I know.
D. Hah foole, thou dreamest that I speak of the psaltreste. No, no, this fault is committed against a free-born maid.
M. I know it.
D. Ho, know you, and dost suffer it?
M. Why should I not suffer it?
D. Tell me, dost thou not cry out of him? are you not out of your wits for him?
M. No.

DEMEA.

D. I had rather truly you were: there is a Lad born him.
M. God blesse him, and send him good luck.
D. The maid hath nought.
M. I have heard as much.
D. And must she be married to him without a portion?
M. I indeed.
D. What now is to be done?
M. Even that which the matter requireth: the maid is to be brought over from thence hither.
D. O *Iupiter!* ought marriage to be made after this sort?
M. What should I else do?
M. Do you aske what you should do? If this do not grieve you indeed, yet verily it is a wise mans part to make an outward shew.
M. But I have already betrothed the maide to him: the matter is concluded: the

the marriage is to be made: I have put by all fear: these things are more beseeming a man.

D. But doth the deed please you, *Mitio?*

M. No, if I could alter it: but now that I cannot, I take it quietly. Mans life is the same with the play at the tables: for if by the throw of the dice that happen not, which you stand most need of, then is it needfull that you correct by art in playing, which happened ill by chance in casting.

D. Master corrector. Verily, by your cunning twenty pounds is cast away for the psaltresse; who is to be put away some whither, as soone as may be, if not for a piece of money, yet for nothing before we keep her.

M. There is no cause, neither do I truly desire to sell her.

D. What will you do then?

M. She shall be at my house.

D. Ho the faith of the gods! a whore, and dame of the house, shall they be together under one roof?

M. Why not?

D. Do you think you are well in your wit?

M. I think so verily.

D. So God love me, as I see and understand your folly, I beleeve that you will do this, to have some body to sing with.

M. Why not?

D. And the bride, she shall learne the same.

M. Very true.

D. You shall lead the dance amongst them.

M. Cunningly, and if need be, you shall dance together with us.

D. Woe is me, do not these things shame you?

M. But now, *Demea*, give over this your sonnes marriage. I wil go talk with these, and after I will come again hither.

D. O *Jove!* is it meet to lead such a kinde of life as this? doth this manner of behaviour beseem him? ought he to shew himselfe so mad? A wife cometh with never a peny in her purse: within is the psaltresse: a sumptuous house there is: a yong man spoiled with excesse: a doting old fool; if the goddesse *Salus*, should desire it, she can by no means preserve this family from ruin.

Sententiæ.

Morositas sæpe expostulet, tamen inepta & inutilis est.

Lepidis dictis & facetis, quæ turbata sunt, mitigantur.

Re ipsa quod dolet, id simulare nonnunquam decet.

Quod mutare nequeas, æquo animo ferre debes.

ACT. V. SCEN. I.

Argumentum.

Exit egregie potus *Syrus* multum exultans, laute se ac opipare cœnatum esse. Hunc *Demea* ob temulentiam objurgat.

SYRVS, DEMEA.

a Ebrius Syrus Syriscum se nominat.

a Æ *Depol* Syrisce, *te curasti molliter,*
Laut éque munus administrasti tuum.
Abi, sed postquam intus sum, omnium rerum satur,
Prodi, ambulare huc libitum est. D. *illud sis vide*
Exemplum disciplinæ. S. *eccum autem hic adest senex*

Noster.

Noster. quid fit? quid tu es tristis? D. obe scelus!
S. Eho jam tu verba fundis hic sapientia?
D. Tum? si meus esses. S. dis quidem esses, Demea,
Ac tuam rem constabilisses. D. exemplum omnibus
Curatem ut esses. S. quamobrem? quid feci? D. rogas?
In [b] *ipsa turba atque peccato maximo*
Quod vix sedatum satis est, potasti scelus,
Quasi re bene gesta. S. sane nollem huc exitum.

b Importunus Demea pomposis verbis cum Syro ebrio litigat.

Moralis expositio.

Quantum assumit sibi improbitas servorum, absente domino, docet hæc scena.

ACT. V. SCEN. I.

The Argument.

Syrus *commeth forth very well swilled, rejoycing greatly that he had supped daintily and plentifully. This fellow,* Demea *chideth him for his drunkennesse.*

SYRVS, DEMEA.

O Little prettie *Syrus*, in faith thou hast cherished thy selfe with dainties, thou hast finely played thy part. Goe thy way. But after I had my belly stuffed full of every thing, it was my pleasure to come hither to take the aire.

D. See thou to it, that thou be the example of good life to others.

S. But loe, here is our old master. What is amisse? why are you sad?

D. Hoe varlet.

S. Oh master wisedome, are you heere wasting words in the winde?

D. Thou, if thou wert mine.

S. Truely then should you (master *Demea*) be rich, and then had you made sure your substance.

D. I would make thee an example to all thy fellows.

S. Why so? what have I done?

D. Dost thou aske? O mischievous villany! thou hast drunke, as though it were in a good matter amongst the crowd, and in a very hainous offence, hardly, yet quietly ended.

S. Verily I wish I had not come here.

Sententiæ.

Ebrietas nimis est ridicula, tum verbis, tum gestibus.

Intempestiva est objurgatio temulenti.

Per indulgentiam herilem quanta fenestra servis aperitur!

ACT. V. SCEN. II.

Argumentum.

Exitu parasiti cujuspiam *Ctesipho Demeæ* proditur.

DROMO, SYRVS, DEMEA.

[a] HEus Syre, *rogat te* Ctesipho *ut redeas.* S. *abi.*
D. Ctesiphonem *hic narrat?* S. *nihil. D. eho carnifex,*
Est Ctesipho *intus?* S. *non est. De. cur hic nominat?*

a Resciscit Ctesiphonis factum. Extrema pars est epitaseos.

S. *Est*

S. Est alius quidam parasitastr parvolus,
Nostin? De. [b] *jam scibo. S. quid agis? quo abis? De. mitte me.*
S. Noli inquam. De. non manum abstines mastigia?
An tibi mavis cerebrum dispergi hic? S. abiit?
Aedepol comessatorem haud sane commodum,
Praesertim Ctesiphoni. *quid ego nunc agam?*
Nisi dum hae silescunt turbae, interea in angulum
Aliquo abeam, atque edormiscam hoc vini, sic agam.

b Hoc dicens baculo minatur.

Moralis expositio.

Fallax servus, semper sui vel ebrius similis est.

Male sibi conscii liberi à parentibus sibi timent.

Ebrii hominis incuria ac negligentia, hic docetur.

ACT. V. SCEN. II.

The Argument.

Ctesipho *by the comming forth of a parasite, is bewrayed to* Demea.

DROMO, SYRVS, DEMEA.

HO, sirra *Syrus*, *Ctesipho* would have thee come again.

De. What meanes he to name *Ctesipho*?

S. Nothing sir.

De. No thou varlet, is not *Ctesipho* within here?

S. No, he is not.

De. To what end did he name him?

S. There is another little parasite. Doe you know him?

De. I shall by and by.

S. What doe you, and whither go you?

D. Let me alone.

S. I will not, I tell you.

De. Wilt thou not, thou stigmaticall rogue? shall I beate thy braines about thine eares?

S. Is he gone? surely he is no welcome guest to *Ctesipho* especially. What shall I do now, but truly while these stirres last, hide my self in a corner, convey my selfe away, and sleep out this drunkennesse. This will I do.

ACT. V. SCEN. III.

Argumentum.

Cognito *Ctesiphonis* amore, *Demea* exclamat, & *Mitionem* jurgio adoritur, ut liberorum corruptelam: per quem placatur tandem & *Æschino* & *Ctesiphoni*.

MITIO, DEMEA.

[a] *Parata à nobis sunt, ita ut dixi,* Softrata,
Vbi vis. quisnam à me pepulit tam graviter fores?
De. Hei mihi! quid faciam, quid agam? quid clamem? aut querar?
O coelum,

a Placatur Demea tum Aeschino tum Ctesiphoni.

[b] *O Cœlum, ô terra, ô maria* Neptuni! *M. hem* [c] *tibi,*
Rescivit omnem rem: id nunc clamat scilicet.
Paratæ lites: succurrendum est. D. [d] *eecum adest*
Communis corruptela nostrûm liberûm,
M. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.
D. Repressi, redii, mitto maledicta omnia:
[e] *Rem ipsam putemus, dictum inter nos hoc fuit,*
Ex te adeo est ortum, ne tu curares meum,
Neve ego tuum, responde. M. factum est, non nego.
D. Cur nunc apud te potat? cur recipis eum?
Cur emis amicam, Mitio? *nam qui minus*
Mihi idem jus æquum tecum esse quod mecum est tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
M. Non æquum dicis, non: nam vetus verbum hoc quidem est,
COMMVNIA esse amicorum inter se omnia.
D. Facete: nunc demum istæc nata oratio est.
M. Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea,
Principio, si id te mordet, sumptum filii
Quem faciunt, quæso facito hæc tecum cogites.
Tu illos duos olim pro re tollebas tua,
Quod satis putabas tua bona ambobus fore,
Et tum uxorem credidisti scilicet
Ducturum: eandem illam rationem antiquam obtine;
Conserva, quære, parce, fac quam plurimum
Illis relinquas: gloriam tu istam obtine:
Mea quæ præter spem evenere, utantur sine.
De summa nihil decedet: quod hic accesserit,
Id de lucro putato esse: omnia sibæo voles
In animo vere cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam.
D. Mitto rem: consuetudinem ipsorum. M. [f] *mane;*
Scio: istuc ibam. multa in homine, Demea,
Signa insunt, ex quibus conjectura facile fit,
Duo cum idem faciunt, sæpe ut possis dicere,
Hoc licet impune facere huic, illi non licet:
Non quod dissimilis res sit, sed quod, qui facit:
Quæ ego esse in illis video, ut confidam fore ita,
Vt volumus: video eos sapere, intelligere, in loco
Vereri, inter se amare: scire est liberum
Ingenium, atque animum: quovis illos tu die
Reducas: atenim metuas, ne abs re sint tamen
Omissiores paulo, ô noster Demea;
Ad omnia alia ætate sapimus rectius:
[g] *SOLVM unum hoc vitium adfert senectus hominibus,*
Attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est:
Quod illos sat ætas acuet. D. ne nimium modo

b Tragica exclamatio.
c Miro labore poeta decorum personarum obse vabis.
d Accusatio Mitionis.
e Demeæ perspicax ratiocinatio.

f Moralis & blanda correptio.

g Avaritia senilis.

Bona tuæ istæ nostrationes, Mitio,
Et tuus iste animus æquus subvortit. M. tace,
Non fiet: mitte jam istæc: da te hodie mihi:
Exporge frontem. D. scilicet, ita tempus fert,
Faciundum est: cæterum vna cras cum filio
Cum prima luce ibo hinc. M. imo de nocte censeo:
Hodie modo hilarem te face. D. & istam psaltriam
Vna illuc mecum hinc abstraham. M. pugnaveris:
Eo pacto prorsum illic alligaris filium;
Modo facito, ut illam serves. D. ego isthuc videro:
Atque ibi faville plena, fumi, ac pollinis
Coquendo sit faxo, & molendo: præter hæc,
Meridie ipse faciam ut stipulam colligat:
Tam excoctam reddam, atque atram quam carbo est. M. placet.
Nunc mihi videre sapere: atque equidem filium
Tum etiam si nolit, cogas ut cum illa una cubet.
D. Derides? fortunatus qui isthoc animo siet.
h Aposiopesis. h *Ego sentio. M. ab, pergisne? D. jamjam desino.*
M. I ergo intro, & cui opus est rei, hilarem hunc sumamus diem.

Moralis expositio.

In hac Scena, est collatio personarum, mitis parentis ac sævi. Molesti hominis ac propemodum implacabilis animum hic docet *Terentius.*

ACT. V. SCEN. III.

The Argument.

When Demea *knew that* Ctesipho *was in love, he cryeth out, and falleth a chiding of* Mitio, *as he that marreth his children: by whom at length he is pacified towards both* Æschinus *and* Ctesipho.

MITIO, DEMEA.

WE have made ready all things as I to'd you, *Sostrata*: we are fit, when you please. VVho is it that knockt so hard at my doore?

D. VVoe is me, what shall I do? what shal I do? what should I cry out on? whom should I lay the fault on? oh heaven! oh, earth! oh *Neptunes* seas!

M. See thee, yonder is my brother, he hath got intelligence of the whole matter, and that is the cause without doubt why he brawleth; he is purposed to chide, I must helpe the matter.

D. Loe here at hand the common corruption and undoer of our children.

M. Cease your anger once, and call your selfe to remembrance.

D. I have asswaged it, I am pacified: I will give no evill language: let us consider of the matter it selfe. This was a bargaine betwixt you and me, and verily it arose of your selfe, which was this, that you should not see to my sonne, neither should I regard your other.

M. It was so, I do not deny it.

D. Wherefore is he now tippling at your house,

house? why entertaine you mine? why do you *Mitio* buy him a paramour? what more right have you to meddle with me, then I have to do with you? sithen I look not to thine, regard not thou mine.

M. There is no reason in that you speak now at all: for this is an old said saw: Amongst friends all things are common.

D. Finely spoken, this saying is but even now forged of thine own brain.

M. Heare me a word or two *Demea*, if it be not troublesome unto you. First of all, if that vexe thee, to wit, the charges your sons be at, I pray you consider with your selfe, heretofore you your selfe, according to your abilitie brought up these two, for that you thought your goods sufficient for them both, and then you beleeved verily that I would marry. Hold on your old wont: keepe that you have gotten, seek for more, spare, see that you leave them very much, get this credit to your selfe, give them leave to use mine, which have happened beside that you looked for, you shall not be a penny worse for it, if any thing shall be left, count that for vantage. If you would *Demea* rightly consider in your mind of all these things, you shall rid both me and your selfe, and also them of trouble.

D. I speak not of wasting substance, but of their lewd behaviour.

M. Stay your selfe, I know that I was about to tell you that there are many signes *Demea* in a man, by which we may easily conjecture what he will prove. As when two do often the same thing, you can say this is lawfull for this to do without controlement, but not for that: not because the thing is unlike in it selfe, but the partie that doth it. Which signes I see to be in them, as I may beleeve it will come to passe, so as we desire it. I see they are wise and witty, in due place awsome, loving one the other: a man may know their free nature and heart: any day when you will you may reclaime them. But you dreads lest verily they should be somewhat careless of their profit. O my *Demea*, we through age have better skill in all other matters. This one fault old age bringeth with it, that we are every one more worldly then need requireth: which that age will stirre them up unto sufficiently.

D. O *Mitio*, too much now doe these your good reasons, and favourable minde, beare down my severitie.

M. Whist, it shall not be, let things passe: be advised by mee at this time: looke chearefully on it.

D. Verily I must do so, seeing time requires: but to morrow I will go hence into the countrey with my son by peepe of the day.

M. Yea, I thinke you may goe in the night, onely shew your selfe merry to day.

D. And I will also take away this psaltresse together with me.

M. You shall do a great matter then, for by that meanes you shall hold alway your son there; do but onely keepe her.

D. I will see to this, and there I will make her to be full of isles, smoaky, and dusty, with drying corn at the mill, and grinding: moreover, in the very heate of the day, I will cause her to gather stubble, and so I will make her as swithen and blacke as a coale.

M. I like your advice: methinks now you have some wit; and then if your son wot not, you should constraine him to lie with her.

D. Doe you mocke me? you are happy that you are of this minde I perceive.

M. Hah, will you not leave this geare?

D. I have even now done.

M. Then go in: and wherein we may lawfully, let us spend away this day.

Sententia.

Morosi ita sæpe extra se rapiuntur, ut iracundiam reprimere nequeant.

Vrbanitatis est temperare sibi inter tumultuosos homines.

Jus amicitiæ communitatem rerum exigit.

Senes ut plurimum sunt avari & lucri appetentes.

Sæpe in actionibus unius negotii, diversæ sunt censuræ hominum.

Magna parentum est spes in liberis.

Indulgendum nonnihil iuventuti pro loco & tempore ut pædagogia exigit.

Ingenia rusticana parum sibi aut aliis confidunt.

ACT. V. SCEN. IV.

Argumentum.

Demea cum videat non probari vulgo severitatem in liberos, diversam institutionis viam meditatur. In qua persona *Terentius* indicat mitioribus se favere partibus, seculi sui moribus hoc magis concedens, quam quod faciundum existimet.

DEMEA.

NVnquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
QVIN RES, AETAS, VSVS semper aliquid adportet novi,
Aliquid moneat: ut illa, quæ te scire credas, nescias:
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.
Quod mihi nunc evenit: nam ego vitam duram, quam vixi usque adhuc,
Prope jam excurso spatio, mitto; id quamobrem, re ipsa repperi,
FACILITATE NIHIL homini esse melius, neque clementia.
Id esse verum ex me, atque ex fratre, cuivis facile est noscere:
Ille suam semper egit vitam in otio, in conviviis;
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus:
Sibi vixit: sibi sumptum fecit: omnes benedicunt, amant.
Ego ille agrestis, sævus, tristis, parcus, truculentus, tenax,
Duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! nati filii,
Alia cura: porro autem dum studeo illis, ut quam plurimum
Facerem, contrivi in quærendo vitam, atque ætatem meam.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero,
Odium: ille alter sine labore patriæ potitur commoda:
Illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia:
Illum diligunt: apud illum sunt ambo: ego desertus sum.
Illum, ut vivat, optant: meam autem mortem exspectant. scilicet
Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos
Paulo sumptu: miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Age, age, nunc experiamur contra hæc quid ego possim,
Blandè dicere, aut benignè facere, quando eo provocat.
Ego quoque à meis me amari, & magni pendi postulo:
Si id fit dando, atque obsequendo, non posteriores feram.
De erit: id mea minime refert, qui sum natu maximus.

Moralis

Moralis expositio.

Exemplum hic inducitur hominum qui virtutem tædio deserunt ob contemptum ejus, quod apud omnes sævum esse, vitiosum est.

Præterea imperiti hominis perversitatem, & ingenii crassitudinem, qui virtutes, non quod honestæ sunt, & sua causa dignæ cur expetantur, sed quia utilitatem præstant, sectari cupiat, docet hæc Scena.

ACT. V. SCEN. IIII.

The Argument.

When Demea *saw that severitie toward his children not to be allowed, he beginneth to thinke of another course, diverse from it. In whose person* Terence *sheweth that he favoureth the middle sort, condescending rather to the manners of that age, then that he could thinke it meet so to be done.*

DEMEA.

NEver was there any man so well advised in his life, but experience in things, time, and practise, may shew some new thing, and teach him ever somewhat: so canst thou not know those things which thou beleevest thou dost know, and maiest in making triall, refuse what things thou madest most account of: which thing is now befalne to mee. For I leave now that strait life, my daies being almost spent, which hitherto I have lived. Wherefore I have found that true by experience, that nothing is better then gentlenesse and clemency: that this is true, every one may know it by me and my brother. He hath alway lived at ease, and in pleasure: he is gentle, pleasant, he useth not to speak ill to any mans face, but sheweth a merry countenance to every one; he lived to himselfe, bestowed cost on himselfe, every one speaks well of him, and loves him. I, that countrey lob, angry, dumpish, niggard, that menacing holdfast, have married a wife, what miserie therein have I felt! I have two sons, thats another care: and furthermore whilest I take care for them, to leave them wealthy, I have wasted my life and age in getting it: and now my dayes being spent, this good I get of them for my labour, even hatred. That other without paines enjoyeth the commodities of a father, him they love, me they flie from: to him they commit all their secrets: they like his company better then mine: they are both at his house: they have forsaken me: they wish his life, but desire my death: so as truely those which I have brought up with great labour, he hath made them his with a little cost: I take all the paine, and he enjoyeth all the pleasure. Well, go to, goe to, now let us assay those things, what I could doe on the other side, to speake faire, to deale lovingly, sithen he provoketh me thereto. For I also require to be beloved and much esteemed of mine owne If that be brought about by gift, or following them in their own wills, I will not be behind. There will be a want, thats nothing to me, who am the elder brother.

Sententia.

Pater morosus & severus in filios, vertitur vitio ab omnibus.

Facilis pater favorabilior est.

Inepti virtutis studiosi sunt, qui virtutem non propter se expetunt, sed tantum propter commoditatem.

Vita urbana longè præstantior est quam rusticana.

Nunquam ita quisquam se ad bene vivendum sapienter instituit, quin experientia, ætatis conditio, & rerum exercitatio semper prudentiorem reddant.

Multi multa sui amatores, quæ se scire credunt, nesciunt.

Quæ homines ignari sibi prima putant, infima prudentiores in experiundo repudiant.

Facilitate nihil homini est melius, atque clementia.

Hoc fructus ab ingrato pro labore feres, odium.

Bonum boni amant, malum fugitant: illum ut vivat, optant; mortem huic expectant.

Cœlum, quod pii per Christum erga Deum possidere putant labore maximo, suum sperant mundani divites sumptu erga pauperes facere paululo.

Nullos lædito, arride omnibus, dato & obsequere, si adamari & magni pendi postulas.

ACT. V. SCEN. V.

Argumentum.

Demea nova & simulata comitas multis patefit: nam in hanc Scena *Syro* præter naturam adulatur.

SYRVS, DEMEA.

HEus Demea, *rogat frater ne abeas longius.*
D. *Quis homo? O* Syre *noster salve: quid fit? quid agitur?*
S. *Recte.* D. *optime est: jam nunc hæc tria primum addidi*
Præter naturam, O noster, quid fit? quid agitur?
Servum haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. S. *gratiam habeo.* D. *atque* Syre,
Hoc verum est, & ipsa re experiere propediem.

Moralis expositio.

Quam absurdè blandus conetur esse qui non soleat: & quam immodica sit repentina largitas, ubi parcitate nimia in contrarium vitium profusionis excurrerit, hic ostenditur.

Nihil risu dignum magis, quam id, quod quis contra naturam facere contendit.

ACT. V. SCEN. V.

The Argument.

Demea's *new counterfeit courtesie is known to many, for in this Scene contrary to nature he flattereth* Syrus.

SYRVS, DEMEA.

HOe *Demea*, your brother desireth, that you would not goe farre hence.

D. Who calsme? O our faithfull servant *Syrus*, God save thee, how doest thou? how.

how goeth the world with thee?

S. Well.

D. I am very glad of it: now have I added these three besides nature: O our faithfull servant, how doest thou? how goeth it with thee? Thou shewest thyself to be no unhonest servant: and willingly I will do thee a good turn.

S. I thank you.

D. Verily, *Syrus*, this is true, and thou shalt indeed finde it ere that it be long.

Sententiæ.

Nihil rectè fit, quod contra naturam fit.
Lubentes benefaciamus, quibus volumus.
Extra ne conare amplecti, intus quod abhorret animus.

ACT. V. SCEN. VI.

Argumentum.

Demea obvium *Getam* præter consuetudinem blandè nititur compellare, & ejus insulse laudibus insistit.

GETA. DEMEA.

HEra, ego hinc ad hos provisò, quam mox virgin.m
Accersant. sed eccum Demeam, *salvos sis:*
D. Oh, qui vocare? G. Geta. *D.* Geta, *hominem pretii maxumi hodie te*
judicavi animo meo.
Nam is mihi est profectò servus spectatus satis,
Cui dominus curæ est, ita ut tibi sensi, Geta.
Et tibi ob eam rem, si quid usus venerit,
Lubens bene faxim. meditor esse affabilis,
Et bene procedit. G. bonus es, cum hæc existimas.
D. Paulatim plebem primulum facio meam.

ACT. V. SCEN. VI.

The Argument.

Demea *meeting* Geta, *contrary to custome endeavoureth to speak him faire, and standeth foolisholy in commendations of him, promising that he will do him a good turn.*

GETA. DEMEA.

MIstris, I will go to them and see, how soon they will fetch the maid: but lo, there is *Demea*; God save you sir.

D. Oh! what's your name?

G. *Geta.*

D. *Geta*, in my minde I have thought thee this day to be a man of much worth; for he is a servant to me sufficiently tried indeed, who is carefull for his master, so as I perceive thou art for thy mistresse, *Geta*, & for that, if occasion fall out, I will willingly do thee a pleasure. I assay how courteous I can be, and it goes on well.

G. You are an honest man, seeing you think these things of me.

D. I will make first of all the cõmon sort

by little and little to thinke well of me.

Sententiæ.

Tu nihil invita dices faciesve Minerva.

Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Comes & affabiles dum esse affectant, garruli sunt & adulatores.

ACT. V. SCEN. VII.

Argumentum.

Nuptiarum mora offenditur *Æschinus*: hunc *Demea* blande alloquitur, & maceriam dirui jubet, qua puerperam traducant.

ÆSCHINVS. DEMEA. GETA.

Occidunt me quidem, dum nimis sanctas nuptias
Student facere, apparando consumunt diem.
D. quid agitur, Æschine? Æ. hem, pater mi, tu hic eras!
D. Tuus hercle vero & animo, & natura pater,
Qui te amat plus quam hosce oculos: sed cur non domum
Vxorem accersis? Æ. cupio: verum hoc mihi mora est,
Tibicina & hymenæum qui cantent. D. eho!
Vin tu huic seni auscultare? Æ. quid? D. missa hæc face,
Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas:
Atque hanc in horto maceriam jube dirui
Quantum potest: hac transfer, unam fac domum.
Traduc & matrem & familiam omnem ad nos. Æ. placet,
Pater lepidissime. D. euge! jam lepidus vocor.
Fratri [a] *ædes fient perviæ: turbam domum*
Abducet, sumptum admittet: multa: quid mea?
Ego lepidus meo gratiam: jube nunc jam
Dinumeret Babylo *illi viginti minas.*
Syre, *cessas? abi & traduce. G. dii tibi,* Demea,
Benefaciant, cum te video nostræ familiæ
Tam ex animo factum velle. D. dignos arbitror:
Quid tu ais? Æ. sic opinor. D. multo rectius est,
Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam
Aegrotam. Æ. nihil enim vidi melius, mi pater.
D. Sic soleo, sed eccum Mitio *egreditur foras.*

[a] Redit ad ingenium senex.

Moralis expositio.

Adolescens & *Demea* inter se affabiles, imaginem præbent, & quam dulcis sit junioribus assentatio, & quam ingrata censura.

Omnes liberales ex alieno sunt, sed de suo siquando quicquam erogabunt, tum tenacissimi, & ad rem mirum quam attenti: hoc exemplo *Demeæ* docetur.

ACT.

ACT. V. SCEN. VII.

The Argument.

Æschinus is offended with prolonging of the marriage, to him Demea *speaketh faire, and bids pull down the wall, which may they should bring the woman late brought a bed.*

ÆSCHINVS DEMEA, SYRVS, GETA.

THey kill me truly, whilst they study to marry us too holily, they spend the whole day in preparation.

D. O *Aeschinus*, what saiest thou?

Ae. Oh my father, were you here!

D. Truly thy father both in heart, & by nature, who loves thee more then these eyes. But why fetchest thou not thy wife?

Ae. I desire to do it, but this hinders me, the Musician, and they which sing the wedding song.

D. What, wilt thou be ruled by this old father?

Æ. What would you have me to do?

D. Leave all these, the marriage song, the multitude, links, and musicians, and will this wall in the garden to be puld down with all speed, bring her this way, and make but one house: bring the mother and all the familie to us.

Æ. O most pleasant father, I like your advice.

D. Heigh! I am now called a pleasant man: my brothers house shall be made common, he will bring home a troublesome company, he shall beare the charges, he shall lay out much: but what is that to me? I being faire-speeched, get favour: will now that *Babylo* to tell out twentie pounds. *Syrus*, makest thou no hast to do as I bid thee?

S. What shall I do?

D. Break down, go and have thou them away.

S. Gods blessing on you, Mr. *Demea*, for that I see you will so unfainedly good to our family.

D. I thinke them worthy: what saist thou?

Ae. So I suppose.

D. Its the better a great deal, then the green woman be brought hither thorow the street.

Ae. My father, truly I know no better counsell.

D. This is my use: but lo where *Mitio* comes forth.

Sententiæ.

Parentes lepidi vocantur, cum nimium indulgent & adblandiuntur.

Amantes moræ sunt impatientissimi.

Adolescentibus non ingrata est assentatio.

Amor parentum in liberos sæpe immodicus est.

Multi sunt liberales ex alieno marsupio.

ACT. V. SCEN. VIII.

Argumentum.

Mitioni suadetur ut uxorem ducat *Sostratam*, ac vix tandem persuadetur, & non sine risu spectantium *Demea* præter naturam facilis esse studet.

MITIO.

MITIO. DEMEA. ÆSCHINVS.

Id est, dirui parietem, alloquitur Syrum. Insinuatio oratoria latentis persuasionis.

IVbet frater? ubi is est? tune jubes hoc, Demea?
D. Ego vero jubeo, & in hac re, & aliis omnibus,
Quam maxime unam facere nos hanc familiam,
Colere, adjuvare, adjungere. Æ. ita, quæso, pater.
M. Haud aliter censeo D. immo hercle ita nobis decet:
Primum hujus uxoris est mater. M. quid, postea?
D. Proba, & modesta. M. ita aiunt. D. natu grandior.

Propositio hortationis: nam quod præcessit ad præparandum simul & persuadendum valuit.

M. Scio. D. parere jam diu per annos hæc non potest:
Nec qui eam respiciat, quisquam est: sola est. M. quam hic rem agit?
D. Hanc te æquum est ducere: & te operam, ut fiat, dare.
M. Me ducere autem? D. te. M. me? D. te, inquam. M. ineptus. D. si tu sis homo,
Hic faciat. Æ. mi pater. M. quid? tu autem huic, asine, auscultas? D. nihil agis.
Fieri aliter non potest. M delirat. Æ. sine te exorem, mi pater.
M. Insanis? aufer. D. age, da veniam filio. M. satine sanus es?
Ego novus maritus anno demum quinto & sexagesimo
Fiam? atque anum decrepitam ducam? idne estis authores mihi?
Æ. Fac: promisi ego illis. M. promisti autem? de te largitor, puer.
D. Age, quid si quid te majus oret? M. quasi hoc non sit maximum.
D. Age, da veniam. Ae. ne gravare. D. fac, promitte. M. non amittis?
Ae. Non, nisi exorem. M. vis est hæc quidem. D. age, pollicere Mitio.
M. Etsi hoc mihi pravum, ineptum, absurdum atque alienum à vita mea
Videatur, si vos tantopere istuc vultis, fiat. Ae. bene facis.
D. Merito te amo, verum quid ego dicam? hoc consit quod volo:
Quid nunc quod restat? Hegeo his est cognatus proximus,
Affinis nobis, pauper: bene nos aliquid facere illi decet.
M. Quid facere? D. agelli hic sub urbe est paululum, quod locitas foras:
Huic demus, qui fruatur. M. paululum id autem? D. si multum, tamen
Faciundum est: pro patre huic est, bonus est, noster est, rectè datur.
Postremo non meum illud verbum facio, quod tu Mitio,
Bene, & sapienter dixti dudum: vitium commune omnium est,
QVOD NIMIVM ad rem in senecta attenti sumus: hanc maculam nos decet
Effugere: dictum est vere, & re ipsa fieri oportet.
M. Quid istuc? dabitur quidem, quando hic volt. Ae. mi pater.
D. Nunc tu mihi es germanus, pariter corpore & animo. M. gaudeo.
D. SVO SIBI HVNC gladio jugulo.

Moralis expositio.

Prudentis senis temperantiam & continentiam, qui à rebus Venereis animum quam longissimè abducere cupit, sub Mitione docet hæc Scena.

Nihil insanius aut intempestivius quàm senex amator.

ACT.

ACT. V. SCEN. VIII.

The Argument.

They counsell Mitio *to marry* Sostrata: *at length he is perswaded, but hardly: also* Demea *laboureth to shew himselfe gentle, but not without laughter to the beholders.*

MITIO, DEMEA, AESCHINVS.

DOth my brother bid? where is he? do you will them to do this, *Demea?*

D. I command them indeed, both in this matter, and in all other, that we make this family as one with ours, love, helpe, and joyne it the neerest to us.

Æ. So let it be, I pray you father.

M. I am of your minde.

D. Verily, it behooveth us so to doe. For first she is the mother of the bride.

M. What then after that?

D. An honest and modest woman.

M. Men doe so say of her.

D. Shee is well stricken in yeeres.

M. I know it.

D. She is long since for age past childbearing: neither is there any that hath regard unto her: she is alone.

M. What goeth he about here?

D. It is behoovefull for you to marry this woman, and to endeavour to bring it about.

M. Me to marry?

D. You.

M. Me?

D. I say you.

M. You play the foole.

D. If thou be a man, *Aeschinus*, get my brother to doe it.

Æ. Oh, my father.

M. What? doest thou hearken, asse, to this man?

D. You strive but in vaine, it can be no otherwise.

M. You dote.

Æ. My father, I pray you let me entreat you.

M. Art thou out of thy wits? take him away.

D. Goe too, grant your sonne his petition.

M. Are you well in your wit? should I become a new married man at length, in the threescore and fift yeere of my age, and marry an old wife at pits brinke? doe you give me counsell thereto?

Æ. Doe it: I promised to them as much.

M. Hast thou promised? make large promises of thy selfe, boy, and not of me.

D. Goe too, what if he should desire of you a greater matter?

M. As though this were not the greatest?

D. Goe too, give him his asking.

Æ. Be not offended.

D. Doe it, promise you.

M. Wilt thou not leave this matter?

Æ. No, unlesse I obtaine my request.

M. Truely, this is enforcement.

D. Goe too, promise freely, *Mitio.*

M. Albeit, this seeme to me corrupt, foolish, absurd, and counsell farre from my manner of living, yet if you so greatly desire this, let it be.

Æ. Well done.

D. I love you by desert, but what should I say? this I desire is brought about, what now to that which is behinde? *Hegeo* is the nighest kinsman to these, and of affinitie to us, it is meet we should doe him a pleasure.

M. What should we doe for him?

D. Heere by the citie is a little field which

which you let forth, let us bestow that on him, that he should have the benefit of it.

M. But call you that a little one?

D. If it be much, of necessitie we must doe it: he is in stead of a father to this woman, he is a good man, our kinsman, its well bestowed. Lastly, I make not that saying mine, which thou *Mitio* erewhile well and wisely spake: It is a common fault of us all, that we are too much given to the world in our old daies; this blemish we ought to avoide. Its well spoken, and it ought to be done indeed.

M. Whats this? It shall be bestowed on him, when this my brother will.

Æ. My father..

D. Now thou art mine own naturall brother both in body and soule.

M. I am glad.

D. I convince this my brother with his own argument.

Sententiæ.

Ineptus est, qui præter naturam affabilis esse affectat.

Qualis uxor sit ducenda seni marito.

Incommoda sunt matrimonia inter decrepitos.

Non est liberalitas ex alieno marsupio.

Matrimonia non sunt violenta, sed ultranea.

Affinibus & cognatis periclitantibus præcipue succurrendum est.

ACT. V. SCEN. IX.

Argumentum.

Servis libertas, filiis dantur uxores. *Mitioni* narrat *Demea* cur tam repente mores mutaverit.

SYRVS, DEMEA, MITIO, ÆSCHINVS.

FActum est quod justi Demea.
D. Frugi homo es. ædepol hodie mea equidem sententia,
Judico Syrum *fieri esse æquum liberum. M. istunc liberum?*
Quodnam ob factum? D. multa. S. ô noster Demea, *ædepol vir bonus es.*
Ego istos vobis usque à pueris curavi ambos sedulo:
Docui, monui, bene præcepi semper, quæ potui, omnia.
D. Res apparet: & quidem porro hæc, obsonare, cum fide
Scortum abducere, apparare de die convivium:
Non mediocris hominis hæc sunt officia. S. ô lepidum caput!
D. Postremo, hodie in psaltria ista emunda, hic adjutor fuit,
Hic curavit: prodesse æquum est; alii meliores erunt.
Denique hic vult fieri. M. vis tu hoc fieri? Æ. cupio. M. siquidem
Tu vis, Syre, *ebo accede huc ad me: liber esto. S. bene facis:*
Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea, Demea.
D. Gaudeo. Æ. & ego. S. credo: utinam hoc perpetuum fiat gaudium,
Phrygiam ut uxorem meam una mecum videam liberam.
D. Optumam quidem mulierem. S. & quidem tuo nepoti hujus filio
Hodie *primam mammam dedit hæc. D. heele vero serio,*
Si quidem prima dedit, haud dubium quin emitti æquum siet.
M. Ob eam rem? D. ob eam: postremo à me argentum quanti est, sumito.
S. *Dii tibi,* Demea, *oro omnes semper omnia optata offerant.*

M. Syre,

M. Syre, *processisti hodie pulchrè. D. siquidem peres* Mitio,
Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu
Dederis, unde utatur: reddet tibi cito. M. istoc vilius.
Æ. Frugi homo est. S. reddam hercle. da modo. Æ. age pater. M. post consulam.
D. Faciet. S. ô vir optime. Æ. ô pater mi festivissime.
M. Quid istuc? quæ res tam repente mores mutavit tuos?
Quod proluvium? quæ istæc subita est largitas? D. dicam tibi:
Vt id ostenderem, quod te isti facilem, & festivum putant,
Id non fieri ex mera vita, neque adeo ex æquo & bono:
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo, Mitio.
Nunc adeo si ob eam rem vobis mea vita invisa est, Æschine,
Quia non justa injusta, prorsus omnia omnino obsequor;
Missa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet.
Sed si id vultis potius, quæ vos propter adolescentiam
Minus videtis, magis impense cupitis, consulitis parum,
Hæc reprehendere & corrigere me, obsecundare in loco:
Ecce me, qui id faciam vobis. Æ. tibi permittimus:
Plus scis quid facto opus est. sed de fratre quid fiet? D. suo,
Habeat, in istac finem faciat. Æ. istuc recte. plaudite.

Moralis expositio.

Prodigalitatis & intempestivæ largitionis damnosam temeritatem in exemplo *Demeæ* taxat hæc scena.

ACT. V. SCEN. VIII.

The Argument.

The servants are made free-men, the sonnes are married. Demea *telleth* Mitio *why he is of a sudden changed.*

SYRVS, DEMEA, MITIO, ÆSCHINVS.

I Have done that you willed mee, Mr. *Demea.*

D. Thou art a good husband: verily in my opinion I thinke it meete that *Syrus* be made free.

M. This a free man? for what exploit?

D. For many good deeds.

S. O Mr. *Demea* our friend, you are an honest man truely: I have attended carefully on both these your sons from their infancie till this day, I have taught, advised, and well instructed them in every thing that I could diligently.

D. The matter is apparent that thou hast so: and moreover these things, thou knowest how to play the trusty Caterer, to bring an harlot, and of a sudden to prepare a banquet for them: these are no parts of a meane man.

S. O merry man!

D. Lastly, this fellow was an helpe in buying this psaltresse to day: this fellow hath beene carefull to bring it to passe: therefore it is meet that we doe him a good turne: and other servants will hereby be drawn to become more dutifull. To conclude, it is also this your sonnes pleasure to have it so.

M. Is it thy will to have this done?

Æ. It is my desire.

M. Be.

M. Because it is thy minde, hoe *Syrus*, come hither to me: be thou free.

S. VVell done, I thanke you heartily, and besides, namely, you Mr. *Demea*.

D. I am glad.

Æ. And I too.

S. I beleeve you: I pray God this joy may be everlasting: and that I might see my wife *Phrygia* set also at libertie with me.

D. Surely I have found her a very honest woman.

S. And she was the first that gave suck to *Aeschinus* young sonne your nephew.

D. In faith to speake in good earnest, because she gave him sucke first, without doubt there is reason she should be set free

M. For that matter?

D. To make an end if you will not let her goe free, take what money you thinke she is worth of me.

S. O Mr. *Demea*, I pray God grant that you wish for.

M. O *Syrus* you have made a good daies worke of this.

D. And if you besides, *Mitio*, will leave him somewhat in hand to live on, you shall play a good masters part, and he shall shortly repay it againe.

M. Lesse worth then this.

Æ. He is a thriftie fellow.

S. Truely I will repay it, onely lend me.

Æ. Go too, father, let him have it.

M. I will bethinke my selfe hereafter.

D. He will do it.

S. O, the best man that lives!

Æ. O my most pleasant father!

M. Whats the matter? what hath so altered of a sudden your conditions? what wastfull spending? what sudden bountifulnesse is this?

D. I wil tell you, that I might shew you that, for which these thinke you a gentle and merry man, that it comes not to passe of well living, neither according truely to right and reason: but through flattery, and letting them have their wils through large gifts, *Mitio*. Therefore now *Aeschinus*, if for that matter you so hate me, because I fulfill not your mind wholly in every thing good or bad, I will set cart on the wheeles, waste, cast away, do what you list. But if it be your mindes rather, that I reprehend and redresse those things which you for want of experience see not so well into as I, you may earnestly desire after, little considering whats good, whats bad, and that you will have me to obey you when just occasion is offered: lo, I am ready to doe it for you.

Æ. O father, we submit our selves to you: you know better what is to be done then we. But what shall become of my brother?

D. I am content that he have her, with her let him make an end.

Æ. Its well said. Be merry.

Finis Adelphorum.

TERENTII

ACTA LVDIS MEGALENS. SEX. IVLIO, CN. CORNELIO DOLABELLA ÆDIL. CVRVL. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIIS PARIB. TOTA GRÆCA APOLLODORI FACTA EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO: DATA SECVNDO, CN. OCTAVIO. T. MANLIO CONS. RELATA EST LVCIO ÆMILIO PAVLO LVDIS FVNERALIB. NON EST PLACITA: TERTIO RELATA Q. FVLVIO. L. MARCIO ÆDILIBVS CVRVLIB. EGIT LVC. AMBIVIVS. L. SERGIVS TVRPIO. PLACVIT.

FABVLÆ INTERLOCVTORES.

Philotis meretrix: *an harlot.*
Syra anus: *an old wife.*
Parmeno servus: *a servant to Pamphilus.*
Laches senex: *an old man.*
Pamphilus adolescens: *a yeung man,* Laches *sonne.*
Sostrata mulier: *a married woman,* Pamphilus *mother.*
Phidippus senex: *an old man.*
Myrrhina mulier: *a married woman,* Philumanaes *mother.*
Sosia servus: *a servant.*
Bacchis meretrix: *Pamphilus paramour: an harlot.*

NOMINVM INTERPRETATIO.

Philotis, ἀπὸ τῆς φιλότητος.
Syra, à *Syria* natione.
Parmeno, ἀπὸ τῆς μόνης παρὰ τῷ Λεαυτῷ.
Laches, ἀπὸ τῆς λάξεως: ab hæreditate.
Pamphilus, παρὰ τὸ πᾶν καὶ φιλόν.
Sostrata, τὸν στρατὸν σώζουσα, à salute copiarum.
Myrrhina à myrto, qua magistratus quondam coronabantur.
Sosia, ἀπὸ τῆς σώζειν.
Bacchis, ἀπὸ τῆς βάκχης.

C. SVL-

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN HECYRAM.

Vxorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit:
Ejusque per vim quem detraxit annulum,
Dederat amicæ Bacchidi *meretriculæ.*
Dein profectus in Imbrum est: nuptam hand attigit.
Hanc mater intero gravidam, ne id sciat socrus,
Vt agram ad se transfert. revertit Pamphilus:
Deprehendit: partum celat: uxorem tamen
Recipere nin vult. pater insusat Bacchidis
Amorem. dum se purgat Bacchis, *annulum*
Mater vitiatæ forte agnoscit Mirrhina:
Vxorem recipit Pamphilus *cum filio.*

THE ARGVMENT OR SHORT summe of *C. S.* Apollinaris upon the *Comedie called Hecyra.*

A young man called *Pamphilus*, took to wife *Philumena* which maide beforetime, not knowing who ſhe was, he deſloured. And gave to the ſtrumpet *Bacchis* his paramour, a Ring which he had puld by force from off the maides finger. After the marriage day, he went a journey into Imbrum: but lay not before with the Bride. Now after his departure, the mother of the maide tooke her home great with childe, as one that was crazie, to the end her mother in law ſhould not know of it. *Pamphilus* he returnes home, and findes her faultie: but concealeth the childbirth: yet would he not receive his wife againe. Now his father laid the blame on the love twixt *Bacchis* and him: of which accuſation whilſt *Bacchis* cleares her ſelf, by hap *Mirrhina* the mother of the deflowred maide, challengeth the Ring: and ſo *Pamphilus* taketh to him again his wife, with his ſon.

PRO-

HEcyra est huic nomen fabulæ: hæc cum data est
Nova, novum intervenit vitium, & calamitas,
Vt neque spectari, neque cognosci potuerit:
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. nunc hæc plane est pro nova;
Et is qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre ut iterum possit vendere.
Alias cognostis ejus, quæso hanc noscite.
Orator ad vos venio ornatu prologi,
Sinite[b] exorator sim; [c] eodem ut jure uti senem
Liceat, quo jure sum usus adolescentior:
Novas qui exactas feci, ut inveterascerent,
[d] Ne cum Poeta scriptura evanesceret;
In his quas primum Cæcili didici novas,
[e] Partim sum earum exactus, partim vix steti.
Quia sciebam dubiam fortunam esse scenicam,
Spe incerta certum mihi laborem sustuli:
[f] Easdem agere cœpi, ut ab eodem alias discerem
Novas studiose, ne illum ab studio abducerem.
Perfici ut spectarentur: ubi sunt cognitæ,
Placitæ sunt: ita poetam restitui in locum,
Prope jam remotum injuria adversarium
Ab studio, atque ab labore, atque arte Musica.
[g] Quod si scripturam sprevissem in præsentia,
Et in deteriendo voluissem operam sumere,
Vt in otio esset potius quam in negotio:
Deteriussem facile, ne alias scriberet.
[h] Nunc quid petam, mea causa, æquo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
Nunquam agere licitum est, ita eam oppressit calamitas:
Eam calamitatem vestra intelligentia
Sedabit, si erit adjutrix nostræ industriæ.
Cum primum eam agere cœpi, [i] pugilum gloria,
Funambuli eodem accessit expectatio,
Comitum conventus, strepitus, clamor mulierum
Fecere, ut ante tempus exirem foras.
Vetere in nova cœpi uti consuetudine,
In experiendo ut essem: refero denuo.
Primo actu placeo: cum [k] interea rumor venit
Datum iri gladiatores, populus convolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco,
Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est: otium & silentium est:
Agendi tempus mihi datum est: vobis datur
Potestas condecorandi ludos scenicos.
Nolite sinere per vos artem Musicam

a Occupatio ante propositionem cur explosa fuerit, & cur iterum referatur, habet vim exordii. Aetiologia ad explosionem.

b Hæc [illegible] natio ca[illegible] est.
c Ab æquo
d Confirmat exemplis, explosam cognoscendam esse.
e Pro in aliis: adverbialis locutio. i. cum parte earum.
f Narratiuncula est quomodo exactas Cæcilii comœdias egerat.

g Accommodatio exempli.

h Repetit propositionem ad attentionem renovandam; quam ut facilius obtineat, mox fortunam adversam, quam antea expertus erat, excusat.
i Cur explosa sit narrat.
k Altera explosio.

Recidere ad paucos: facite ut vestra authoritas
Meæ authoritati fautrix, adjutrixque sit.
Si nusquam avare statui pretium arti meæ:
Et eum esse quæstum, in animum induxi, maximum,
Quàm maxime servire vestris commodis:
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium suum, & se in vestram commisit fidem:
Ne eum circumventum inique iniqui in ideant.
Mea causa causam hanc accipite, & silentium
Date, ut liceat scribere aliis, mihique ut discere
Novas expediat posthac, pretio emptas meo.

Confirmatio petitionis ab arte, à meritis suis.

Attentos & benevolos reddit.

A meritis defensoriis argumentum ad laudem fabulæ.

The Prologue.

Peroratio.

THis Comedie is called *Hecyra*, the which when it was first exhibited, had one or other fault or misfortune ever befall it: for the common people were so whole intent with wonderfull admiration upon the Tumbler, that the Comedie could not be knowne, nor have any spectators. Now therefore this is presented evidently in stead of a new one. He that writ this, was not willing for that matter to shew it the second time, that so he might sell it again. You have accepted his other Comedies, I pray you reject not this. You see how I am become an humble suter unto you in my Prologues weede. Suffer me not to be an Orator to parties inexorable: that I may retaine that reputation amongst you in mine old age, which I ever had with you in my young yeeres. When I obtained of you that those new Comedies that were barred the stage, might be brought on againe, lest together with the Poet, poetry it selfe should decay: as in those of *Cecilius* which I first played before you; in some of them I had your good applause, in others I scarcely pleased you. And because I knew that fortune sometimes frownes upon the Theatre, I would not undertake a certaine labour, for an uncertaine hope: but adventured to play the same againe, and to learne other new ones of the same mans making, that he might still prosecute his studies. At length I obtained of you that they might be seene, which being played, you liked them well, and so restored the Poet againe unto his place, who by the injurious dealing of his adversaries, was now almost discouraged for taking any more paines in the study of poetry. If I had at this time set light by this Comedie, and would have laboured to withdraw him from his purpose, telling him that it were better to sit still in silence, then to set any thing to sale: I could have easily discouraged him for setting forth any other.

Now I beseech you for my sake, consider with equitie what I am about to say I bring to you againe this Comedie called *Hecyra*, which hitherto hath had so ill successe, that it could never be acted in silence. But if your wisedome shall vouchsafe to patronize our paine,

it

it will mitigate the former calamity. When I began first of all to play it, it so fell out, that both they that fought the combate, and that tumbled, came forth of the amphitheater at once, whereupon the tumult of the people, the noise and outcries of the women did so disturbe us, that we were enforced to forsake the stage, before we had finished our play. Thus I began in a new Comedie to use my old custome, that I might still make triall of your favours, lest soon I present it again. For the first act, it pleased you well: till that the rumour ran thorowout the stage, that you should see a combate fought: whereupon the people came ruuning together, they kept a hurly burley, and went together by the eares for their places: while this stirre was, there was no roome for me: but now all is whist, and every mans eares are attentive to heare: so the opportunitie serves fitly, and you have good leisure to honour the interlude with your presence. Suffer not through your default, poetrie to be lightly regarded: shew this favour, that your honourable means may support and strengthen our reputation. I never determined greedily to enrich my self by my pen: but have thought that to be my greatest gain, to do the best I can to profit you. Let me now obtain my petition, that his adversaries reproachfully laugh not at him, as one deluded of all sides: who hath dedicated his labours for my defence, and committed himself wholly to your safeguard: as you love me, take this cause in hand; and hold your peace, that other may have a pleasure to set forth Comedies, and profitable for me to learn them to play them before you, though I pawne my credit for the price.

Formulæ loquendi.

Iure aliqua occupat animum. He hath his minde busied about something.

Orator ad vos venio, sinite ut exorator sim. I am become suter unto you: let me obtain my request.

Spe laborem incerta tollit. He takes pains he knows not for what. He labours about moon-shine in the kilne.

Illum à discendi studio abduxi. I have drawn him from his book.

In deterrendo operam sumit. He spends his labour in discouraging others.

In otio esse potius voluit, quam in negotio. He had rather be idle, then take any pains.

Æquo animo attendite. Hearken you patiently. Quietly give eare.

ACT. I. SCEN. I.

Argumentum.

Philotis & *Syra* indignè ferunt *Pamphilum* uxorem duxisse, relicta, quam amare videbatur, *Bacchide.*

PHILOTIS meretrix. SYRA anus.

PER pol, quam paucos reperias meretricibus
Fideles evenire amatores Syra:
Vel hic Pamphilus *jurabat quoties* Bacchidi,

Quam sancte, ut quivis facile posset credere!
Nunquam illa viva ducturum uxorem domum:
Hem! duxit. S. *ergo propterea te sedulo*
Et moneo & hortor, ne cuiusquam misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres, quenquam nacta sis.
P. *Vtine eximium neminem habeam?* S. *neminem.*
Nam nemo illorum quisquam, scito, adte venit,
Quin ita paret sese, abs te ut blandtiis suis
Quam minimo precio suam voluptatem expleat.
Hisceine tu, amabo, non contra insidiabere?
P. *Tamen eandem pol esse omnibus, injurium est.*
S. *Injurium est autem ulcisci adversarios?*
Aut qua via captant te illi, eadem ipsos capi?
Eheu, me miseram cur non aut istæc mihi
Ætas & forma est, aut tibi hæc sententia?

Theses.

Plerumq; in amore turpi fides solvitur.

Juramenta istiusmodi amatorum fallacia sunt.

Lenæ semper sui similes sunt, quippe amatoribus expoliandis & in nassam pelliciendis omnino deditæ.

ACT. I. SCEN. I.

The Argument.

Philotis *and* Syra *take it grievously that* Pamphilus *should have married, and to have forsaken* Bacchis, *whom he was thought to be in love with.*

PHILOTIS the strumpet. SYRA an old woman.

IN faith, *Syra*, you can finde very few lovers which prove faithfull to their Paramours: for even this *Pamphilus*, how often did he swear deeply by no beggers unto *Bacchis*, even so, that any bodie in the world might have beleeved him, that so long as she lived, he would not take him a wife? but lo, he is married.

Sy. Therefore I both carefully warne and exhort you take pitie of none, but make havock, diminish, and bring them to povertie, whomsoever you get.

P. What, will you that I should have no respect of persons?

S. None at all. For you may know very well, that not any of them come to you, but that they prepared themselves by flattering speeches to take their pleasure of you for a small matter: and I pray you, wil you not seek to beguil such as they be?

P. Notwithstanding it is great injury to serve them all after one sort.

S. Is it injury to be revenged of ones enemies? or is it injury that they themselves be taken by the same way, by which they endeavour to deceive others? Alas, poore soule that I am! why am not I as young, and as well favoured as you, or you of this minde I am of?

Sententiæ.

Perquam paucos sibi amicæ fideles evenire amatores reperiant.

Amatori, si non amicus sit, quanquam sancte multories suæ, ut qui vis facile posse credere, juranti, ne tamen amica credat.

Vnius causa eundem esse omnibus injurium est.

Qua via captat alios quisquam, eadem ipsum capi, an injurium est?

ACT. I. SCEN. II.

Argumentum.

Redeunti peregre *Philoti Parmeno* totius narrat argumentum fabulæ.

PARMENO servus. PHILOTIS, SYRA.

SEnex si quæret me modo, isse dicito
Ad portum percontatum adventum Pamphili,
Audin quid dicam, Scyrte? *si quæret me, uti*
Dum dicas: si non quæret, nullus dixeris:
Alias ut uti possim causa hac integra.
Sed videone ego Philotion: *unde hæc advenit?*
Philotis, *salve multum. Ph. & salve* Parmeno.
S. Salve mea ætor Parmeno. *P. & tu ædepol,* Syra.
Dic mihi Philotis, *ubi te oblectasti tam diu?*
Ph. Minime equidem me oblectavi, quæ cum milite
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo:
Biennium mihi perpetuum misera illum tuli.
P. Ædepol te desiderium Athenarum *arbitror*
Philotion *cepisse sæpe, & te tuum*
Consilium contempsisse. Ph. non dici potest
Quam cupida eram huc redeundi, abeundi à milite,
Vosque hic videndi, antiqua ut consuetudine
Agitarem inter vos libere convivium.
Nam illi haud licebat, nisi præfinito, loqui.
Quæ illi placerent. P. haud opinor commode
Finem statuisse orationi militem.
Ph. Sed quid hoc negoti est? modo quæ hæc narravit mihi
Hic intus Bacchis: *quod ego nunquam credidi*
Fore, ut hac ille viva posset animum inducere
Vxorem habere. P. Se habere autem? Ph. eho te, non habet?
P. Habet, sed firmæ hæ vereor ut sint nuptiæ.
Ph. Ita dii deæque faxint, si in rem est Bacchidis:
Sed qui istuc credam ita esse? dic mihi, Parmeno.
P. Non est opus prolato: hoc præcontarier
Desiste. Ph. Nempe ea causa, ut ne id fiat palam.
Ita me dii amabunt, haud propterea te rogo
Vt hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam.
P. Nunquam dices tam commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. Ph. ab noli Parmeno:
Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi,
Quam ego quæ perconter, scire. P. vera hæc prædicas,
Et illud mihi maximum vitium est: si mihi fidem
Das te taciturum, dicam. Ph. ad ingenium redis:

Hoc servus dixit in scenam de proscænio respiciens. Pro non, aut nihil: estque hoc totum præparatio & via quædam ad futuram narrationem.

Iterum à loco: A persona. A re. Vrbane dictum in mulierem.

Ironica correctio.

Fidem do, loquere. P. auscultа. Ph. istic sum. P. hanc Bacchidem
Amabat, ut cum maxime, tum Pamphilus,
Cum pater, uxorem ut ducat, orare occipit:
Et hæc communia omnium, quæ sunt patrum,
Se senem esse dicere; illum autem esse unicum:
Præsidium velle se senectutis suæ.
Ille primo negare: sed postquam acrius
Pater instaret, fecit animi ut incertus foret,
Pudorine, anne amori, obsequeretur magis.
Tundendo, atque odio denique effecit senex:
Desponditei gnatam hujus vicini proximi.
Usque illud visum est Pamphilo *neutiquam grave,*
Donec jam in ipsis nuptiis, postquam vidit
Paratus, nec moram ullam, quin ducat, dari:
Ibi demum ita ægre tulit, ut ipsam Bacchidem,
Si adesset, credo ibi ejus commiserescere.
Vicinque datum erat spatium solitudinis,
Ut colloqui mecum una posset, Parmeno
Perii, quid ego egi? in quod me conjeci malum?
Non potero hoc ferre Parmeno, *perii miser.*
Ph. At te dii deæque perdunt cum isto odio, Laches.
P. Ut ad pauca redeam, uxorem deduxit domum.
Nocte illa prima virginem non attigit:
Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis.
Ph. Quid ais? cum virgine una adolescens cubuerit
Plus potus, sese illa abstinere ut potuerit?
Non verisimile dicis: nec verum arbitror.
Pa. Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,
Nisi cupiens tui; ille invitus illam duxerat.
Ph. Quid deinde fit? P. diebus sane pauculis
Post, Pamphilus *me solum seducit foras:*
Narratque, ut virgo à se integra etiam tum siet:
Seque ante, quam eam uxorem duxisset domum,
Speraſſe eas tolerare posse nuptias:
Sed quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi à suis,
Neque honestum mihi, neque utile ipsi virgini est.
Ph. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
P. Hoc ego proferre, incommodum esse mihi arbitror.
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitii,
Superbum est: sed illam spero, ubi hoc cognoverit,
Non posse se mecum esse, abituram denique.
Ph. Quid interea? ibatne ad Bacchidem? *Pa. quotidie.*
Sed, ut fit, postquam hunc alienum ab sese videt,
Maligna multo, & magis procax facta illico est.

P. Sed edepol mirum. P. atqui eares multo maxume
Disiunxit illum ab illa, postquam & ipse sese,
Et illam, & hanc quæ domi erat, cognovit satis:
Ad exemplum ambarum mores earum existimans.
Hæc, ita uti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta, iucunda, atque injurias
Viri omnes ferre, & tegere contumelias.
Hic animus partim uxoris misericordia
Devictus: partim victus hujusce injuriis,
Paulatim elapsus Bacchidi, *atque huic transtulit*
Amorem: postquam par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
Horum, ea ad hos redibat lege hæreditas.
Eo amantem invitum Pamphilum *extrudit pater:*
Reliquit cum matre hic uxorem: nam senex
Rus abdidit sese: huc raro in urbem commeat.
Ph. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
P. Nunc audies. Primum dies compluscules
Bene conveniebat sane inter eas: interim
Miris modis odisse cœpit Sostratam:
Neque lites ullæ inter eas, postulatio
Nunquam. P. quid igitur? P. si quando ad eam accesserat,
Confabulatum, fugere conspectu illico:
Vid re nolle: denique ubi non quit pati,
Simulat se à matre accersi ad rem divinam, abiit.
Vbi illic dies est complureis, accersi jubet:
Nemo remisit, postquam accersunt sæpius,
Aegram esse simulant mulierem: nostra illico
It visere ad eam: admisit nemo. hoc ubi senex
Rescivit, heri ea causa rure huc advenit:
Patrem continuo convenit Philumenæ.
Quid egerint inter se, nondum etiam scio:
Nisi sane curæ est, quorsum eventurum hoc siet.
Habes omnem rem: pergam quo cœpi hoc iter.
Ph. Et quidem ego: nam constitui cum quodam hospite,
Me esse illum conventuram. P. dii vortant bene
Quod agas Ph. vale. P. & tu bene vale, Philotion.

ACT. I. SCEN. II.

The Argument.

Parmeno *declares to* Philotis *now returning home again from a far countrey, the whole matter of the Comedie.*

PARMENO a servant. PHILOTIS. SYRVS.

IF the old man seeke mee, tell him that I am even now gone to the haven side, to inquire of *Pamphilus* comming. Doe you understand what I say, *Syrus?*

Scirtus? If he aske for me, tell him the same, but if he do not, say nothing, to the end I may excuse my selfe another time with it. But doe not I see *Philotis*? from whence comes shee? *Philotis*, good morrow heartily.

Ph. O *Parmeno*? God save you.

S. God blesse thee *Parmeno*.

P. And you also in truth, *Syra*: tell me I pray you *Philotis*, where have you solaced your selfe all this long while?

Ph. Truly, I have taken small pleasure, which went from hence to Corinth with a most unkinde and churlish captaine: and there have I suffered many things of him, poore wretch that I am, for whole two yeers space.

P. I suppose *Philotis*, verily, you wished often that you were at Athens, and did repent of your device.

Ph. It cannot be told by word of mouth, how desirous I was to return hither againe, and to goe from the knight, and to see you, that I might according to our old accustomed manner, freely make merry amongst you, and with you. Further, I was allowed to say nothing but which he list, and that liked him.

P. I thinke the knight hath not made a fit end of his tale.

Ph. But to what end is all this which *Bacchis* told me within erewhile; even which I never thought would have happened, to wit, that he could once thinke to have a wife as long as she is alive?

P. Yea, to have one?

Ph. Oh, thou good fellow, hath he not one already?

P. He hath so: But I feare me that this marriage is not of any long continuance,

Ph. God grant it be so, if it be for *Bacchis* commoditie. But how should I beleeve this to be so? *Parmeno*, tell me.

P. It needeth not to speak it: aske not this question.

Ph. Verily, for that cause I could cease to aske: that it might not come abroad, and be openly known. As God bee my helpe, I intreat you not to tell me therefore that I may disclose this thing, but that quietly I may rejoyce with my selfe.

P. You shall never speake in so good a season, as that I will with telling, hazard on your credit a cudgeling.

Ph. Ah, say not so *Parmeno*: as though you are not more desirous a great deale to tell me this matter, then I can wish to know that I ask you.

P. This woman saith truth: and thats a very good fault in me: well, if you promise me on your fidelitie that you will say nothing, I will tell you.

Ph. You come to your old byas, I promise thee not to tell, speak now.

P. Hearken then.

Ph. I am here ready.

P. You know, *Pamphilus* loved this woman *Bacchis*, then most of all when his father began to entreat him to take a wife, and told him these things, which are common to one father, as well as another, that he was an old man, and that he his onely son, and had no more but him, and that hee is desirous to have him an aide and succour to him now in his old age. *Pamphilus* at the first would not consent unto him: but after that his father did more earnestly urge him, he brought him into a quandare, that indeed hee knew not whether he might better obey shame, or love. At length through his great importunity, he brought it to passe. So the old man hand-fasted his next neighbours daughter to him. That seemed nothing grievous to *Pamphilus*, untill the marriage day it selfe came: then after hee saw the marriage prepared, and there should bee no delay of it at all, but hee must marry her, then verily he tooke it so heavily, as I beleeve, that and *Bacchis* her owne selfe had bin there, she would have taken compassion on him. Whensoever he

got

got leisure to be alone, that he might talke together with me, he would say, O *Parmeno*, I am but a dead man, what have I done? into what mischiefe have I brought my selfe? I shall not be able to sustaine this griefe: miserable Caitife that I am.

Ph. I pray God confound thee *Laches*, for this thy hatred.

P. That I may make a short tale of a long, he brings home his wife. That first night he had nothing to doe with the maide, as also hee did as little the night following.

Ph. What saist thou? How could a young man lying in bed together with a young damosell (he being well tippled) keepe himselfe from her? It is not like to bee true that you say, neither doe I thinke it true.

P. I beleeve that it seems so to you, because no body comes to you, but hee that is in love with you: but now he hath married her against her will.

Ph. Well, what followed afterward?

P. Truely three or foure dayes after, *Pamphilus* tooke mee alone from the rest out of doores, and told me, that then also the damosell was a maide for him, and that hee hoped to be able before hee had brought her home to sustaine the marriage. But *Parmeno*, said he, it is neither honesty for me, nor profitable to the maide her selfe, that she bee made a laughing stocke, whom I have determined in my minde not to keepe with me any longer: but rather it is meete I should deliver her againe safe and sound, as I received her of her friends.

Ph. You shew a godly and chaste nature of *Pamphilus*.

P. I thinke it not best for me to tell this to any one; for it is a proud thing that she should be restored to her father, whom thou canst finde no fault withall: but I hope she will go from me at length, when she shall know that shee cannot tarry with me.

Ph. What in the meane space? did hee not goe to *Bacchis*?

P. Day by day, but as it falleth out, after shee saw him estranged from her, by and by she became much more froward, and malapert.

Ph. In faith no marvell.

P. Marry, but that matter did most of all separate him from her, after he fully knew both himselfe and her, as also this which was at home, taking the manners and behaviours of both these two for an example. This woman, even as it beseemeth one of good nature, being shamefast and modest, did beare all the discommodities, and despites of her husband, and concealed his taunts. Hereupon his affection being overcome; partly by pitty of his wife, partly vanquished by the injuries of this woman, doth by little and little depart from *Bacchis*, and set his love on this, because he had gotten one of his owne stampe. In the meane space the old man, kinsman to these, deceased in Imbrum, that inheritance came by right of law unto these: his father thrust out *Pamphilus* loving against his will. He left his Wife here with her Mother, for the old man had got himselfe close into the countrey, and seldome comes hee hither into the city.

Ph. What hindreth then yet the marriage?

P. Now you shall heare: At the first indeede they agreed well together for a few daies, but suddenly she began unfainedly to hate *Sostrata*, nevertheleſſe there was no wrangling betwixt them, nor ever any complaining.

Ph. What then?

M. Marry this: if at any time she had come to talke with her, by and by shee would quickly get her selfe out of her sight: she would not looke upon her. At the

the length when shee could not abide him, shee fained her selfe to be sent for of her mother to serve God. She went her way: after that shee had bidden there many daies, hee willed her to be sent for: but they then alleadged a reason of her tarrying, I know not what. He commanded her the second time to be fetched; but no body sent word back againe: after that they often sent for her, her friends fained the woman to be sick: our mistresse forthwith goes unto her to see how she doth: but none gave her entertainment: now when it came to the old mans eare, hee came hither therefore yesterday out of the countrey, and talked out of hand with *Philumenaes* father aboutit. As yet I know not what they have done amongst themselves: but I am very carefull to understand what end this will have: now you know all the matter. I wil go on this my journey whither I began to go.

Ph. And indeed so will I: for I appointed to talke with a certaine stranger, a frtend of mine.

P. God send you good luck, whatsoever you go about.

Ph. Farewell.

P. And fare you well also, *Philotis.*

Sententiæ.

Miseria est haud licere, nisi præfinito, loqui, quæ alii placerent.

Nunquam dicat tam commode perfidus, ut tergum tuum suam in fidem committas.

Illud maximum servile vitium est, fidei commissa tacere non posse.

Quenquam ludribrio habere, neque honestum tibi, neque utile illi est.

Integrum itidem reddere, ut mutuo accepimus à domino, honestum sane.

Despicere id cui tu nihil dicas vitii, superbum est.

Liberali ingenio, pudentem, & modestam uxorem decet, incommoda, atque injurias viri sui omnes ferre, & tegere contumelias.

Pari ingenio facile nostrum transferamus amorem.

ACT. II. SCEN. I.

Argumentum.

Sostratam uxorem accusat *Laches*, quod nurum *Philumenam* sua duritie domo ejecerat. *Socrus* nihil tale à se patratum esse contendit.

Laches senex. Sostrata mulier.

PRo deum atque hominum fidem! quod hoc genus est, quæ hæc conjunctio?
Vt omnes mulieres eadem æque studeant, nolintque omnia:
Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias:
Itaque adeo uno omnes animo socrus oderunt nurus:
Viris esse adversas æque studium est, similis pertinacia est.
In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam:
Et ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse satis certo scio.
S. Me Miseram: quæ nunc, quamobrem accuser, nescio. L. hem!
Tu nescias? S. non, ita me dii bene ament, mi Laches:
Itaque unà inter nos agere ætatem liceat. L. dii mala prohibeant.
S. Neque abs te immerito esse accusatam postmodum rescisces. L. scio.

Te immerito! an quicquam pro istis factis dignum te dici potest:
Quæ me & te & familiam dedecoras: filio luctum paras?
Tum autem ex amicis inimici, ut sint nobis affines, facis:
Qui illum decerunt dignum, suos cui liberos committerent.
Tu sola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia.
S. Egone? L. tu inquam, mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem putas.
An quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini
Quo quisque pacto hic vitam vestrorum exigat?
Multo melius hic quæ fiunt, quam illic ubi sum assidue, scio:
Ideo quia ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.
Jam pridem equidem audivi cœpisse odium tui Philumenam.
Minimeque adeo mirum: & ni id fecisset, magis mirum foret.
Sed non credidi adeo, ut etiam totam hanc odisset domum:
Quod si fecisset, illa hic maneret potius, tu hinc isses foras.
At vide quam immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te, Sostrata.
Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei serviens,
Sumptus vestros, otiumque ut nostra res posset pati.
Meo labori haud parcens præter æquum, atque ætatem meam.
Non te pro his curasse rebus, ne quid ægre esset mihi?
S. Non mea opera, neque pol culpa evenit. L. immo maxume.
Sola hic fuisti: in te omnis hæret culpa sola, Sostrata:
Quæ hic erant, curares, cum ego vos solvi curis cæteris:
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum. S. haud equidem dico, mi Laches.
L. Gaudeo (ita me dii ament) gnati causa: nam de te quidem
Satis scio, peccando, detrimenti nihil fieri potest.
S. Quî scis an ea causa, mi vir, me odisse assimulaverit,
Vt cum matre una plus esset? L. quid aio? non signi sat est,
Quod heri nemo voluit visentem te ad eam intromittere?
S. Enim lassam oppido tum aiebant: eo ad eam non admissa sum.
L. Tuos esse illi mores morbum magis, quam ullam aliam rem arbitror:
Et merito adeo. nam vestrarum nulla est, quin gnatum velit
Ducere uxorem: & quæ vobis placita conditio est, datur.
Vbi duxere impulsu vestro, vestro impulsu easdem exigunt.

Theses.

Vniversis mulieribus idem est ingenium, eademque malitia.

Magna est patris familias & ruri & domi ratio ac cura.

Vxoris est familiam bene curare *& inovare*, sicuti mariti victum ruri comparare.

ACT. II. SCEN. I.

The Argument.

Laches *blames his wife* Sostrata, *that she had enforced her daughter in law by her hard dealing to depart from her house, but* Sostrata *her mother in law denieth that she did any such thing.*

Laches

Laches the old man.

O Living God, what kinde of thing is this, what conspiracy is this, that all women should alike have affection to the selfe same things, and that they will not doe all things commanded by their husbands, neither can you finde any that have swarved any thing from the naturall disposition of others! And therefore truly with one consent all step-mothers hate their daughters in law. The like affection is in them to be thwarting of their Husbands: the like obstinacy that way. I thinke thrt they are all instructed in the same schoole to doe mischiefe. And in that if any be, I am as sure as God is in heaven, this my wife is the principall dame.

S. O wretch that I am, which knowes not now why I am accused!

L. What dost thou not know?

S. No, as God be my helpe, my deare *Laches*: and therefore we may leade our lives together.

L. God keepe from me these evils.

S. And you shall know hereafter that you have wrongfully accused me.

L. I know: thou unworthily! can any thing bee spoken ill enough against thee undeserved for these thy prankes? which dishonests mee, thy selfe, and the whole family, and breeds thy sonnes sorrow: and furthermore thou makest thy kinsmen by marriage of friends, to become foes, who deemed my sonne worthy, to whom they might commit their children. You alone raise up, and bring these things out of square by your malapertnesse.

S. What I?

L. I, thou woman, I say, which judgest me to be a stone, and not a man. Thinke you that I know not how and after what sort every one of you here leades his life, because I am wont to bee often in the countrey? nay, I know farre better whats

Sostrata the married wife.

done here, then there where I am daily. Therefore because as you shall be for me at home; so in like manner I will bee for you through report abroad. Verily, I heard say long since, that *Philumena* could not abide you. And surely no marvell, and I might have more wondred, if shee had not done it. But indeed I beleeved not, that she hated also this whole house, which if I had knowne, she should rather stay here, and thou shouldest have got thee hence packing out a doores. And markest thou *Sostrata*, how undeservedly this griefe of minde comes to me through thee: I went hence to dwell in the countrey, giving you leave to dwell here for the profit of the family, that my substance might be able to abide your expenses and idlenesse: neither spared I my labour, but toiled my selfe above that was meet for me, or my age could well sustaine. That thou tookest no care, wife, for these things, would it nothing grieve me?

S. It came not intruth by my meanes, neither through my default.

L. Yes marrie most of all. For no body was there save you, *Sostrata*, you alone are in the fault: you ought to have had care unto those things which were here: seeing you had nothing else to looke to: I having freed you from all other cares. Are not you ashamed being an old woman to fall out with a young wench? but you will say that it is done through his default.

S. I doe not say so truely, my sweet husband *Laches*.

L. As God save mee, I rejoyce of my sonnes behalfe: for I know you wel enough; no harme gotten by doing amisse.

S. How doe you know, my husband, whether shee made as though shee hated me for that cause, to the end she might be

more

more often together with her mother?

L. What saist thou? is not this a token good enough, that you going to see her, no-body would let you come unto her?

S. No marry, for then they did say she was very sore sick, and therefore was I not admitted unto her.

L. I think your good dealing is rather a disease and sicknesse unto her, then any other thing: and surely not without cause. For there is never a one of you but she, would have her sonne marry a wife and give him whom you like best: after they have married by your egging on, by your impulsion also they drive the same away.

Sententiæ.

Declinatam quicquam, mulierem ab aliarum ingenio vix ullam reperias.

Socrus uno omnes animo nurus oderunt.

Viris esse adversas æque studium est mulieribus.

Virum & uxorem una inter se ætatem agere oporteret.

Materfamilias inhonesta virum suum, seq; & familiã dedecorat; & liberis luctum parat, omniaq; sua perturbat impudentia.

Hominis patris familias tam intus, quæ sunt, quam extra: æque hic ubi non, atq; illic ubi est, & quo quisque pacto vitam suorum omnium exigat, scire equidem boni est.

Sumptus vestros, otiumque ut vestra res pati posset, vobis sit semper curæ.

Cum puella anum, cum puero senem inimicitias suscipere pudeat.

ACT. II. SCEN. II.

Argumentum.

Laches remitti cupit nurum suam: pater *Phidippus* dicit non posse eam perdurare apud socrum absente *Parmenone*.

PHIDIPPVS senex. LACHES. SOSTRATA.

ET si scio, Philumena, *meum jus esse, ut te cogam*
Quæ ego imperem, facere; ego tamen patrio animo victus, faciam
Vt tibi concedam, neque tuæ libidini adversabor.
L. Atque eccum Phidippum *optume video: ex hoc jam scibo quid fiet.*
Phidippe, *etsi ego meis omnibus scio me esse adprime obsequentem:*
Sed non adeo, ut facilitas meaillorum corrumpat animos.
Quod si tu idem faceres, magis in rem & nostram & vostram id esset.
Nunc video in illarum potestate esse te. P. eia vero.
L. Adii te heri de filia: ut veni, itidem incertum amisti.
Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc,
Celare te iras. Si quid est peccatum à nobis, profer;
Aut ea refellendo, aut purgando vobis corrigemus,
Te judice ipso: sin ea est causa retinendi apud vos,
Quia ægra est: te mihi injuriam facere arbitror, Phidippe,
Si metuis, satis ut mea domi curetur diligenter.
At (ita me dii ament) haud tibi hoc concedo, etsi illi pater es,
Vt tu illam salvam magis velis, quam ego: id adeo gnati causa,

Quem

Quem ego intellexi illam haud minus, quam seipsum magnificare.
Neque adeo me elam est, quam esse eum graviter laturum credam,
Hoc si resciverit, eo domum; studeo hæc prius, quam ille huc redeat.
P. Laches, *& diligentiam vestram, & benignitatem*
Novi: & quæ dicis omnia, esse, ut dicis, animum induco:
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,
Si facere possim ullo modo. L. *quæ res te facere id prohibet?*
Eho numquidnam accusat virum? P. *minime: nam postquam attendi*
Magis, & vi cœpi cogere ut rediret, sancte adjurat
Non posse apud vos Pamphilo *se absente perdurare.*
Aliud fortasse aliis vitii est: ego sum animo leni natus:
Non possum adversari meis. L. *bem* Sostrata. S. *heu me miseram!*
L. *Certumne est istuc?* P. *nunc quidem, ut videtur; sed numquid vis?*
Nam est quod me transire ad forum jam oportet. L. *eo tecum una.*

Theses.

Nimia lenitas & facilitas patrum in suos non parum obest.

Patris est potestas, ut suos pro arbitratu cogat.

Non celando, sed proferendo peccata dissidium tollitur.

Maritus uxorem tanquam partem sui magni faciat.

Lenitas patris liberos apud se retinet.

ACT. II. SCEN. II.

The Argument.

Laches *desires his daughter in law to be sent back again: but her father* Phidippus *saith that she cannot tarry there with her mother in law as long as* Pamphilus *is not at home.*

Phidippus the old man. Laches. Sostrata.

ALthough I know, *Philumena*, that I have authority to compell thee to do what I shall command thee: yet nevertheless being overcome with a fatherly affection, I will agree to thee, neither will I be against thy pleasure.

L. Truly lo I see here *Phidippus* in very good time, I shall know of this man what it is. O *Phidippus*, though I know I am very favourable to all my children, yet not so far, as my gentle nature can make them the worse: which same thing if you would do, it might be more both for your profit and mine also. But now I see that your head is under their girdles.

P. What? soft truly.

L. I came to you yesterday about a matter concerning your daughter, but you sent me away as I came, knowing as little as I did before. It is not meet, if you will this our affinitie continue, that you keep close from me your anger; if any fault be in us, tell it a Gods name: for we will make you amends either by refelling, or purging your selves of them, you your self being judge of the matter. But if that be the cause of keeping her with you, because she is sick, I think, *Phidippus*, you do

doe me injurie, if you feare, that shee should not be carefully enough looked unto at my house. Verily, as God helpe me, I doe not grant this unto you, albeit you be her father, that you should desire her safetie more then I. Neither is it so unknowne unto me that I should beleeve how grievously he will take this, if he shall know of it: therefore I greatly desire this your daughter would returne home before that he come hither.

P. Master *Laches*, I know your carefulnesse and loving kindnesse, and I perswade my selfe that every thing which you tell me, is true as you say. And I desire you to beleeve me in this thing, that I labour to have her returne backe to your house, if I could bring it to passe by any meanes.

L. What thing lets you for doing that? hoe, doth she not accuse her husband for something?

P. No: for after I more considered the matter, and began by force to constraine her to returne home, she sware a great oath that she could not abide it out with you, *Pamphilus* being away; it may be peradventure some have another fault, but I am gentle by nature, that I cannot be against any of mine.

L. Hoe, *Sostrata*.

S. Alas miserable soule that I am.

L. Is this thing true?

P. As it surely now seemes: but will you any thing? for there is a cause why I must needs goe over now to the market place.

L. I will goe together with you and beare you company.

Sententiæ.

Paternum jus est, ut liberos cogat suos, quæ ipse imperat facere.

Parentes suis adprime obsequentes esse possint, sed non adeo, ut facilitas sua illorum corrumpat animos.

Amicorum officium est, si perpetuam velint esse amicitiam suam, haud celare iras; sed si quid ex altera parte peccatum sit, proferre, idque refellendo aut purgando alteri, corrigat.

ACT. II. SCEN. III.

Argumentum.

Sostrata queritur genus mulierum nimis esse suspectum viris.

SOSTRATA.

Æ Depol nae nos mulieres sumus inique æque omnes invisæ viris
Propter paucas: quæ, omnes faciunt dignæ ut videamur malo.
Nam (ita me ament dii) quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam;
Sed non facile est purgatu: ita animum induxerunt, socrus
Omneis esse iniquas. Haud pol me quidem: nam nunquam secus
Habui illam, ac si ex me esset nata: nec qui hoc mihi eveniat, scio:
Nisi pol filium multis modis jam expecto ut redeat domum.

Theses.

Moderatioris ingenii anus est, non debacchantis in virum.

Nonnullæ mulieres perniciosæ ac pravæ sunt in causa cur omnes ad unum sic judicentur.

Perversitas mulierum non est facilis expurgatu.

ACT. II. SCEN. III.

The Argument.

Sostrata *complaines that men are too suspicious of women kinde.*

SOSTRATA.

IN good truth we women are all vildly hated of men alike unjustly for some few womens sake, which makes us all to be esteemed as naught. For, as God be my help, I am as cleare as the childe to be born, of this which my husband accuseth me: but it is not an easie matter to be cleared, because they thinke so indeed that all stepmothers are unreasonable: yet truly I know nothing by myself: for I deale no otherwise at any time with her, then if she had been mine own daughter: neither do I in the world know how this happens unto me. But surely I earnestly look for my sonne, that he would come home.

Sententiæ.

Næ mulieres sunt æque multæ invisæ viris propter paucas; quæ faciunt, dignæ ut videantur malo.

Suspicio viri mala de re uxoria, quamvis sit extra noxiam, non tamen se facile expurgat uxor.

Socrus fere omnes esse iniquas, animum inducunt nurus.

ACT. II. SCEN. IV.

Argumentum.

Pamphilus queritur se absente uxorem ad suos abiisse, relicta socru.

Pamphilus adolescens. Parmeno. Myrrhina mulier.

NEmini ego plura acerba esse credo ex amore homini unquam oblata,
Quam mihi, heu me infœlicem! hanccine ego vitam parsi perdere?
Haccine causa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat præstabilius, ubivis gentium agere ætatem,
Quam huc redire, atque hæc ita esse miserum me rescisceere.
Nam nos omnes, quibus est alicunde aliquis objectus labos,
Omne quod est interea tempus, prius quam id rescitum est, lucro est.
Par. At sic citius qui te expedias his ærumnis, reperias.
Si non rediisses, hæ iræ factæ essent multo ampliores:
Sed nunc adventum tuum ambas, Pamphile, *scio reverituras.*
Rem cognosces: etiam expedies: rursus in gratiam restitues.
Levia sunt hæc, quæ tu pergravia esse in animum induxti tuum.
P. Quid consolare me? an quisquam usquam gentium est æque miser?
Prius quam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:
Jam in hac re ut taceam, cuivis facile scitu quam fuerim miser.
Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater.

Vix

Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in ea expedivi animum meum,
Vixque huc contuleram, hem! nova res orta est, porro ab hac quæ me abstrahat:
Tum matrem ex ea re, me aut uxorem in culpa inventurum arbitror:
Quod cum ita esse invenero, quid restat, nisi porro ut fiam miser?
Nam matris ferre injurias me, Parmeno, *pietas jubet:*
Tum uxori obnoxius sum: ita olim suo me ingenio pertulit,
Tot meas injurias, quæ nunquam ullo patefecit loco.
Sed magnum, nescio quid, necesse est evenisse, Parmeno,
Vnde ira inter eas intercessit, quæ tam permansit diu.
Par. Haud quidem hercle parum est: si vis verò verum rationem exequi,
Non maximas, quæ maximæ sunt interdum iræ, injurias
Faciunt: nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,
Cum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quam pro levibus noxis iras gerunt!
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem illæ mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia:
Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit.
P. Abi Parmeno *intro, ac me venisse nuncia. Par. hem quid hoc est? Par. tace.*
Trepidari sentio, cursari sursum prorsum: agedum ad fores
Accede propius. Par. hem, sensistine? P. noli fabulariter:
Pro Jupiter! *clamorem audio. Par. tute loqueris, me vetas?*
M. Tace obsecro mea gnata. Pam. matris vox visa est Philumenæ.
Nullus sum. Par. qui dum? Pam. quia perii.
Par. Quamobrem? Pam. nescio quod magnum malum
Profecto, Parmeno, *me celas. Par. uxorem* Philumenam
Pavitare, nescio quid dixerunt: id si forte est, nescio.
Pam. Interii cur mihi id non dixti? Par. quia non poteram unà omnia.
Pam. Quid morbi est? Par. nescio. Pam. quid? nemone medicum adduxit?
Par. nescio.
Pam. Cesso hinc ire intro, ut hoc quàm primum, quicquid est, certum sciam?
Quonam modo, Philumena, *mea nunc te offendam affectam?*
Nam si periculum ullum in te est, periisse me unà haud dubium est.
Par. Non usus facto est mihi nunc hunc intro sequi.
Nam invisos omneis nos esse illis sentio:
Heri nemo voluit Sostratam *intro admittere.*
Si forte morbus amplior factus siet,
Quod sane nolim, maxime heri causa mei,
Servum illico introisse dicent Sostratæ:
Aliquid tulisse comminiscentur mali,
Capiti, atque ætati illorum, morbus qui auctus siet:
Hera in crimen venict, ego vero in magnum malum.

Theses.

Nulla calamitas sola.

Mala ignota rectius tolerantur, contrà cognita citius expediuntur.

Etiam iniquiores parentes ferendi sunt.

Maritus magis obnoxius sit, moderatæ uxori.

Eventus irarum non est ex æquo magnus.

Iracundi vel inimicissimi non semper irati sunt.

Mulieres propter animum infirmum citius irascuntur.

In medio impetu amatores consolationem non admittunt.

ACT. III. SCEN. I.

The Argument.

Pamphilus *sorrowes that his wife had gone from him in his absence: and had left her mother in law.*

PAMPHILVS the young man. PARMENO
MYRRHINA the married woman.

I Beleeve that no body hath suffered more bitter griefs for love then I have done. Alas unfortunate wretch that I am, is this the miserable life that I have abstained to make an end of? For this cause was I so greatly desirous to come home: to whom how much farre better had it been, to have lived any where in the world, then to come hither? and it is a griefe to me poore soule to heare that these things are so. For all of us, which are ill reported by any, esteeme it as a commoditie, all the while that we come not to heare of it.

Par. I marry, but so you may finde a meanes how to rid your selfe the sooner of these mischiefes: now if you had not come, these vexations would have been a great deale more, but I know now *Pamphilus*, that both of them will have a reverent regard of your comming, you shall know the matter ere it be long, free your selfe of anger, and become good friends againe with them. These things are of no moment which you thinke to be very great matters.

Pam. Wherefore doest thou comfort me? Is there any man in the whole world so wretched as I am? Before I tooke this maide to Wife, I loved else-where, now that I may say no more in this matter, every body may easily perceive how miserable a man I have been. Nevertheless, I never durst refuse her, whom my Father did thrust upon me. Hardly have I drawne my selfe from thence, and set my minde at libertie intangled in her love, and now I had scarcely come hither, but loe a new matter is set abroach, which may separate mee also from this woman. Moreover, I suppose I shall finde either my mother or my wife to be in fault for that thing. Which thing, when I shall finde it to be so: what then remaines, but that I be still kept on in miserie? for godlinesse commands mee, *Parmeno*, to beare with the injuries my mother doth me: then also should I be hurtfull unto my wife, who by her gentle nature suffered patiently so many injuries at my hands, and never told them to any living body. I know not how it comes to passe, but that of necessitie some great mischiefe should befall *Parmeno*, whereupon displeasure is taken one betwixt another: and hath bidden so long.

Par. Surely it is no small thing without doubt:

doubt: but if you well examine the matter, you shall finde sometimes, that greatest displeasures are no cause why injuries are the greatest: for we see it often falleth out, when in matters which one man is nothing angry at all, yet another of an hasty nature for the same cause becomes the greatest enemy. Children we see fall out amongst themselves for very light offences: and why so? because they are of a weake spirit: and such in like manner are women almost, as are children, of unstable minds: peradventure one word hath raised all this anger betwixt them.

Pam. Go thy wayes in, *Parmeno*: and tell them that I am coming.

Par. Alas, what's the matter?

Pam. Hold thy peace: I heare a running up and down, and making haste for fear, go to, come neerer to the doore.

Par. What, hear you any thing?

P. Prate not: O God of heaven, I hear an outcry.

Par. Do you talk your self, and forbid me to say any thing?

M. Peace for Gods sake I pray thee my daughter.

Pam. *Philumenaes* mothers tongue. I am undone.

Par. Wherefore I pray you?

Pam. Marry, because I am cast away.

Par. For what cause?

Pam. O *Parmeno*, there is some great misfortune befalne, I cannot tell what it is, which thou concealest from me.

Par. They said that thy wife *Philumena* is sick, I know not why, except it be that I cannot tell.

Pam. I am utterly undone, why toldest thou me not that?

Par. Marry, because I could not do all things at once.

Pam. What disease is it?

Par. I know not.

Pam. What? hath no body brought the Physician to her?

Par. I wot not.

Pam. Shall I linger to get my self in, that I may assuredly know out of hand this thing whatsoever it is? O my deare *Philumena*, how shall I finde thee troubled? for if there be any perill in thee, without doubt, I shall end my dayes together with thee.

Par. There's no need for me now to follow this my master into the house, for I know none of them can abide to look upon us, yesterday not any would admit *Sostrata* to come in. If the sicknesse increase, as I pray God it may not, chiefly for my masters sake, they by and by will say *Sostratas* servant is come in, and imagine him to have brought some ill with him to their head and age, whereby the sicknesse is augmented, and so my mistris shall come in blame, and I also in great mischiefe thereby.

Sententiæ.

Parentum ferre injurias, pietas jubet.

Vxoris est viri perferre injurias, nec unquam ullo patefacere loco.

Non maximas, quæ maximæ sunt interdum iræ injurias faciunt.

Pueri inter sese quam pro levibus noxis iras gerunt: quia eum, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.

Mulieres sunt firme, ut pueri, levi sententia.

Vnum aliquod verbum inter mulieres sæpe iram conciverit.

Non possumus omnia.

Tute ne loquere, quod alterum vetas.

ACT. III. SCEN. III.

Argumentum.

Pamphilus tristior egreditur à *Philumena*, deprehenso ejus partu, quem modis omnibus celare conatur, ac tegere.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILVS.

NEscio quid jamdudum hic audio tumultuari misera:
Male metuo, ne Philumenæ *magis morbus aggravescat:*
Quod te Æsculapi, & te Salus, *nequid sit hujus, oro.*
Nunc ad eam visam. Par. heus Sostrata. *S. hem. Par. iterum isti nc excludere.*
S. Ehem Parmeno, *tu ne hic eras? pecii, quid faciam misera?*
Non visam uxorem Pamphili, *cum in proximo hic sit ægra?*
Par. Non visas, nec mittas quidem visendi causa quenquam.
Nam qui amat, cui odio ipsus est, bis facere stulte duco:
Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiam affert.
Tum autem filius introiit videre, ut venit, quid agat.
S. *Quid ais? an venit* Pamphilus? *Par. venit. S. diis habeo gratias,*
Hem, istoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde excessit.
Par. Jam mea te causa maxime huc nunc introire nolo:
Nam si remittent quidpiam Philumenam *dolores,*
Omnem rem narrabit, scio, continuo sola soli,
Quæ inter vos intervenit, unde ortum est initium iræ.
Atque eccum video ipsum egredi: quam tristis est! S. *O mi gnate!*
Pam. Mea mater, salve. S. gaudeo venisse salvum: salvane
Philumena *est? Pam. meliuscula est. S. utinam istuc ita dii faxint.*
Quid tu igitur lachrumas? aut quid es tam tristis? Pam. recte mater.
S. *Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repente invasit?*
Pam. Ita factum est. S. *quid morbi est? Pa. febris.* S. *quotidiana? P. ita aiunt.*
I sodes intro, consequar jam te mea mater. S. fiat.
Pam. Tu pueris curre, Parmeno, *obviam, atque his onera adjuta.*
Par. Quid? non sciunt ipsi viam, domum qua redeant? Pam. cessas?

Theses.

Vocandi sunt dii præsides rebus periclitantibus.
Fugiat eum, cui quis odio est.
Læto nuntio curæ ex corde excedunt.
Tutius est conjuges solos adesse sibi, quorum consilia sunt communia.
Prudentis est pericula posse dissimulare.

ACT. III. SCEN. II.

The Argument.

Pamphilus *comes forth very sad from* Philumena, *having found her brought to bed, whose child-birth he labours by all means to conceal and keep close.*

SOSTRATA.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILVS.

I Heard, poore wretch that I am, a rufling ſturre here a good while agoe, but I know not about what: I feare me ſore, leſt *Philumenaes* ſicknesse ſhould be encreaſed: for which I make interceſſion to thee *Aeſculapius*, and thou alſo Goddeſſe *Salus*, that no ſuch thing befall her. Now will I goe viſit her.

Par. Ho miſtreſſe *Soſtrata*?

S. What?

Par. You ſhall be kept out the ſecond time.

S. Oh *Parmeno*, were you here? I am none of this world, what ſhal I wretch do? ſhall not I goe ſee *Pamphilus* wife, ſeeing ſhe is ſicke here at the next doore by?

Par. Goe not to ſee her, neither truly ſend any body for that end: for he that loves her that loves not him, I count him a double foole, becauſe he but grieves her, and waſts his owne labour. And ſecondly, your ſonne went in to ſee how ſhe doth, as ſoone as he came.

S. What ſaiſt thou? and is my ſonne *Pamphilus* come home?

P. He is come home.

S. God be thanked: loe now I am comforted with this ſpeech, and griefe is gone from my heart.

P. Marry now therefore chiefly would not I have you to goe in, for if *Philumenaes* paines ſhall any whit ſlacke, ſhe will ſhew him all the matter, I know by and by, alone by themſelves, which hath happened this while betwixt us: and where upon firſt this diſpleaſure did ariſe. And lo now here I ſee him come forth; oh how ſad is he!

S. O my ſonne!

Pam. O my mother! God ſave you.

S. I am glad of your home coming: is *Philumena* in good health?

Pam. She is ſomewhat better then ſhe was.

S. I pray God that be ſo; why then doe you weepe? or why are you ſo ſad?

Pam. For ſome thing, mother.

S. What ſtirre was that? tell me, did the paine take her of the ſudden?

Pam. Yea even ſo.

S. What diſeaſe is it?

P. An ague.

S. A quotidian?

P. So they ſay, goe in, I pray, mother, and I will follow you even now.

S. I will.

Pam. *Parmeno*, run thou and meet the ſervants, and help to unload them.

Par. Wherefore? doe they not know the way to come home?

Pam. Are you here yet?

Sententiæ.

Qui amat, cui odio ipſe eſt, hic facere ſtulte duco: laborem inanem ipſe capit, & illi moleſtiam affert.

Læti nuntii verbo animus mæſto redit, & cura ex triſti corde excedit.

ACT. III. SCEN. III.

Argumentum.

Deliberat *Pamphilus*, uxorem recipere, an repudiare debeat.

PAMPHILVS.

NEqueo mearum rerum initium ullum invenire idoneum,
Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt:
Partim quæ perſpexi his oculis, partim quæ accepi auribus:
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo me intro ut corripui timidus, alto ſuſpicans
Morbo me viſarum affectam, ac ſenſi eſſe, uxorem: hei mihi!
Poſtquam me aſpexere ancillæ advenisse, illico omnes ſimul

Lætæ exclamant, venit: id quod me repente aspexerant.
Sed continuo vultum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incommode illis fors obtulerat adventum meum.
Vna illarum forte interea propere præcurrit nuntians
Me venisse: ego ejus videndi cupidus, recta consequor:
Postquam introii, extemplo ejus morbum cognovi miser.
Nam neque ut celari posset, tempus spatium ullum dabat:
Neque voce alia, ac res monebat, ipsa poterat conqueri.
Postquam aspexi, ô facinus indignum! inquam, & corripui illico
Me inde lachrumans, incredibili re, atque atroci percitus.
Mater consequitur: jam ut limen exirem, ad genua accidit
Lachrumans misera: misertum est. profecto hoc sic est, ut puto:
Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.
Hunc habere orationem mecum à principio institit.
O mi Pamphile, *abs te quamobrem hæc abierit, causam vides:*
Nam vitium est oblatum virgini olim, ab nescio quo improbo:
Nunc huc confugit, te atque alios partum ut cælaret suum.
Sed cum orata ejus reminiscor, nequeo quin lachrumem miser.
Quæque fors fortuna est, inquit, nobis quæ te hodie obtulit,
Per eam te obsecramus ambæ, si fas est, uti
Adversa ejus per te tecta, tacitáque apud omnes sient:
Si unquam erga te animo esse amico sensisti eam mi Pamphile,
Sine labore hanc gratiam te, ut sibi des, pro illa nunc rogat.
Cæterum de reducenda id facias, quod in rem sit tuam:
Parturire eam, neque gravidam esse ex te, solus conscius.
Nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus:
Tum postquam ad te venit, mensis hic agitur jam septimus:
Quod te scire ipsa indicat res. nunc si potis es, Pamphile,
Maxime volo, doque operam ut clam partus eveniat patrem,
Atque adeo omnes: sed si fieri id non potest, quin sentiant,
Dicam abortum esse: scio nemini aliter suspectum fore.
Dum quod veri simile est, ex te natum putent.
Continuo exponetur: hic ubi nihil est quicquam incommodi:
Et illi miseræ indigne factam injuriam contexeris.
Pollicitus sum, & servare in eo certum est quod dixi fidem
Nam de reducenda, id vero neutiquam honestum esse arbitror:
Nec faciam: & si amor me graviter, consuetudoque tenet.
Lachrumo, quæ posthac futura est vita, cum in mentem venit,
Solitudoque, ô fortuna, ut nunquam perpetuo es bona!
Sed jam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit:
Quem ego consilio missum feci, idem nunc operam huic dabo.
Adest Parmeno *cum pueris: hunc maxime est opus*
In hac re adesse, nam olim soli credidi
Ea me abstinuisse in principio, cum data est:
Vereor si clamorem ejus hic crebro exaudiat,
Ne parturire eam intelligat: aliquo mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

Theses.

Perturbati est animi, caput orationis non posse invenire.

Vultus est animi index, atque adeo speculum.

Juxta fortunam animus mutatur.

Prudentis & boni est, obscæna posse celare.

Non omnia servis, qui ut plurimum futiles sunt, credenda.

ACT. III. SCEN. III.

The Argument.

Pamphilus *deliberates whether he should take his wife againe, or cast her off.*

PAMPHILVS.

I Cannot finde a fit entrance into those matters what way I may begin to tell you of those things which have now come upon me at unawares. partly which I beheld with these eyes, partly which I heard with mine ears: and why I so soon got my self astonished out of doores. For being afraid ere while, as I quickly conveied my self within doores, imagining to see my wife sicke of another manner disease, then now I have perceived her to be: woe is me, after the maids saw me coming, forthwith all together they merrily cried out, He comes; because of a sudden they had seene me: but eftsoone I see all their countenances to be changed, for that I had such lucke to come so unseasonably to them. By chance one of them in the meane space ranne speedily before telling them that I was come: now I having a desire to see her, follow on straight. After that I came in, I knew poore wretch presently her disease, for time granted no space at all to conceale it, neither was she able to mourne for any other thing, then the matter put her in minde of. Now after that I looked upon her, O shamelesse and undeserved fact, said I! and with that conveyed my selfe from them by & by weeping, being astonished with a thing so incredible, and hainous. Her mother followes after me, and even as I was going out of doors, she fell down at my knees weeping, that it pitied me to see her. So as indeed it is a true saying, I thinke, even as matters offer themselves to every one of us, so are we high or humble minded. She began her speech with me from the beginning thus: O my deare *Pamphilus*, now you know the cause why this my daughter went from you, for the maide hath been deflowred by some bad fellow, I know not whom: and now is she come hither, that she may keep close from you, and others, that which God sends her: (but I cannot refrain from teares, when I remember her words of intreatie) now, saith she, whatsoever chance or fortune brought you hither to our house to day, by that we both of us pray you, if it be right, and lawfull, that her mis-fortune may be through you covered, & no words made of it to any body: if ever my sweet-heart *Pamphilus*, you perceived her to have a long affection towards you, she desires you without much ado, to grant her this favour for the saving of her honestie, but as concerning the having of her home again, you may do that which is for your good. Now whether you be the father of this childe, you and God can tell: for the

talk goes, that she lay with you two moneths after, now this is the seventh moneth since she came unto you, which that you know, the matter it self declareth. Now if it may be, *Pamphilus*, I desire above all things, and labour that this child-birth may be hidden from her father, and also from every body. But if that cannot be done, but that they must needs know of it, I will say it was an untimely birth, and I know none will think otherwise: but, which is likely to be true, they will account you the true father of it, it shall be put forth as soon as it is borne: and so hereupon you shall come by no losse: and cover the injury unworthily offered to the silly damsell. I promised to do so: and I am fully resolved to keep my promise in that which I said. For the bringing of her to my house againe, that truly I thinke is no honesty for me, neither will I do it; although her love and familiarity greatly force me to it. I can but weep when I remember what solitarie life hereafter I shall lead. O fortune how variable art thou, never alwayes good to any one! but my former love hath made me patient to beare this thing, which I of setled purpose let passe; now will I endeavour to do the like in this point. But lo, *Parmeno* is at hand with the servants; there is no need at all for this fellow to be present in this affaire: for long ago I told him all alone, that in the beginning when she was given me, I kept my selfe clear from her; I feare lest this fellow should perceive her to be in labour, if he should often heare her scrikes: therefore I must needs send him on a message hence somewhither, untill *Philumena* bee brought to bed.

Sententiæ.

Omnibus hominibus ut res dant sese,
ita magni, atque humiles sunt.
Fortuna nunquam perpetuo est bona.

ACT. III. SCEN. IV.

Argumentum.

Narrat *Sosia* quæ adierit maris pericula, servus *Parmeno* in arcem mittitur, ne parere *Philumenam* interim audiat.

PARMENO. SOSIA, servus. PAMPHILVS.

An tu tibi hoc incommodum evenisse iter?
S. *Non hercle* Parmeno, *verbis dici potest tantum, quam re ipsa navigare incommodum est.*
Par. itane est? S. O fortunate, nescis quid mali
Præterieris qui nunquam es ingressus mare.
Nam alias ut omittam miserias, unam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo in navi fui,
Cum interea semper mortem expectabam miser:
Ita usque adversa tempestate usi sumus.
Par. Odiosum. S. haud clam me est: denique hercle aufugiam
Potius quam redeam, si eo mihi redeundum siet.
Par. Olim quidem te causæ impellebant leves,
Quod nunc minitare facere, ut faceres, Sosia.
Sed Pamphilum *ipsum video stare ante ostium:*

Ite

Eo intro: ego hunc adibo, si quid me velit.
Here etiam tu hic stas? Pam. equidem te expectio. Par. quid est?
Pam. In arcem transcurso opus est. P. cui hominis? Pam. tibi.
Par. In arcem? quid eo? Pam. Callidemidem hospitem
Myconium, qui mecum una advectus est, conveni.
Par. Perii. vovisse hunc dicam, si salvos domum
Redisset unquam, ut me ambulando rumperet?
Pam. Quid cessas? Par. quid vis dicam? an conveniam modo?
Pam. Immo, quod constitui me hodie conventurum eum,
Non posse, ne frustra illic expectet: vola.
Par. Non novi hominis faciem. Pam. at faciam ut noveris:
Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.
Par. Cadaverosa facies. dii illum perduint.
Quid si non veniet? maneamne usque ad vesperum?
Pam. Maneto: curre. Par. non queo, ita defessus sum.
Pam. Ille abiit, quid agam infœlix? prorsus nescio
Quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrhina,
Suæ gnatæ partum: nam me miseret mulieris:
Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam:
Nam me parenti potius, quam amori obsequi
Oportet. at at eccum Phidippum, *& patrem*
Video, horsum pergunt: quid dicam hisce, incertus sum.

Theses.

Periculosum est ingredi mare, atque primum nautam plerique detestantur.
Arcana servis non sunt credenda.

ACT. III. SCEN. IIII.

The Argument.

Sosia *tels what danger he had been in upon the sea.* Parmeno Pamphilus *servant is sent into the tower, that he may not heare whilest* Philumena *is in labour.*

PARMENO. SOSIA a servant. PAMPHILVS.

VVHat saiest thou this, that thou hast had a ill journey?

S. Truly *Parmeno* it cannot be expressed with words, so much the discommodity in sayling is in very deed.

P. Yea, is it even so?

S. O happy man, thou knowst not what ill thou hast escaped, that wast never at sea. For mark this one thing, that al other miseries I may omit to speak of, I was thirty dayes and more in the ship, when all that time I, poore wretch, looked for death every hour: such continuall tempestuous weather had we in sayling.

P. That was a fearfull thing.

S. I marry, I know it well enough; for to conclude, I would rather take me to my heels, then go back again, if I should needs of necessity go thither.

Par. Heretofore truly, *Sosia*, light occasions moved you to do it, which now you mean to do. But lo, I see *Pamphilus* himself stand before the doore. Go you your wayes in; I will go to this my master, to see if he would any thing with me; Yea master, stand you here?

Pam-

Pam. Truly I am looking for thee.

Par. Whats the matter?

Pam. There must one needs go runne up to the castle.

Par. Whom?

Pam. Thou.

Par. Into the castle? to what end?

Pam. Go see if thou canst meet with *Callidemes* my host at Myconius, who was brought hither together with me.

Par. Wo is me: should I say that my master hath vowed, if ever he returned safe home, that he would burst me in sunder with sending me of errands?

Pam. Why loitrest thou?

Par. What would you that I should say? should I onely talk with him?

Pam. Yes, tell him that I cannot come to speak with him as I appointed to day, that he stay not in vaine looking for me. Make haste: run apace.

Par. But I never saw the man: I cannot tell what a one he is.

Pam But I will teach thee how to know him. He is a big man, bottle-nosed, wrinkled, fat, flesshe, and eyed like a cat.

Par. O carrain-like face, O cruell look! ill might he thrive: what if he will not come? shall I stay there while night?

Pam. Yea tarrie: run.

Par. I cannot, I am so wearie.

Pam. He is gone: what shall I, unfortunate man, do? I know not in the world, how I should keepe this close from him, which *Myrrhina* entreated me to do, that is, her daughters childbirth. For I am sorry for the woman: I will do what I can: yet so as I may shew my selfe reverent towards my parents; for I ought rather to obey them, then to follow fansie. Ah ah, lo, I see here *Phidippus* and my father. They go on hitherward. I cannot tell what I should say unto these.

Sententiæ.

Magnum reipsa navigare incommodum est.

Inexpertos nonnunquam causæ impellunt leves, quod post experti minitantur facere, ut facerent.

Fac alius quod poteris, tamen ut pietatem colas

Filios parenti potius, quam amori obsequi oportet.

ACT. III. SCEN. V.

Argumentum.

De reducenda *Philumena* inter senes agitur: *Pamphilus* reductum se negat: fert eam rem indigne *Phidippus*.

LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

Dixtin dudum, dixisse illam se expectare filium?
Ph. Factum. L. venisse aiunt: redeat. Pam. quam causam dicam patri,
Quamobrem non reducam, nescio. D. quem ego hic audivi loqui?
Pam. certum obstirmare est viam me, quam decrevi prosequi.
L. Ipsus est, de quo hoc agebam tecum. P. salve, mi pater.
L. Gnate mi, salve. Ph. bene factum te advenisse Pamphile.
Atque adeo, quod maxumum est, salvum atque validum. Pam. creditur.
L. Advenis modo? Pam. admodum. L. cedo, quid reliquit Phania
Consobrinus noster? Pam. sane hercle homo voluptati obsequens
Fuit, dum vixit. & qui sic sunt, haud multum hæredem adjuvant:

Sibi

Sibi vero hanc laudem reliquit: Vixit, dum vixit, bene.
L. Tum tu igitur nihil attulisti huc plus una sententia?
Pam. Quicquid id est, quod reliquit, profuit. L. immo obfuit:
Nam illum vivum & salvum vellem. Ph. impune optare istuc licet.
Illa reviviscet jam nunquam, & tamen utrum malis, scio.
L. Heri Philumenam *ad se accersi hic jussit: duc justisse te.*
Ph. Noli fodere: jussi. L. sed jam eam remittet. Ph. scilicet.
Pam. Omnem rem scio, ut sit gesta: adveniens audivi omnia.
L. At istos invidos dii perdant, qui hæc libenter nuntiant.
Pam. Ego scio me cavisse, ne ulla merito contumelia
Fieri à vobis posset: idque si nunc memorare hic velim,
Quam fideli animo, & benigno in illam & clementi fui,
Vere possum: ni te ex ipsa id magis velim rescisce re:
Namque eo pacto maxume apud te me meo erit ingenio fides,
Cum illa, quæ nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit:
Neque culpa hoc evenisse dissidium meæ, id testor deos.
Sed quando sese indignam deputat matri meæ
Cui concedat, cujusque mores toleret sua modestia:
Neque alio pacto componi potest inter eas gratia:
Segregandæ aut mater est à me Phidippe, *aut* Philumena.
Nunc me pietas, matris potius commodum suadet sequi.
L. Pamphile, *ad aures haud invito sermo mihi accessit tuus,*
Cum te postputasse omnes res præ parente intelligo:
Verum vide, ne impulsus ira, prave insistas Pamphile.
Pa. Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim?
Licet. hæc res hic agitur, Pamphilo *me facere ut redeat uxor,*
Oportet: quod si perficio, non pœnitet me famæ,
Solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant.
L. Phidippe, *nostras mulieres suspectas fuisse falso*
Nobis, in re ipsa invenimus: porro hanc nunc experiamur.
Nam si compererit crimini tua se falso uxor credidisse,
Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem iratus gnatus,
Quod peperit uxor clam, id leve est: cito ab eo hæc ira abscedet.
Profecto in hac re nihil mali est, quod sit dissidio dignum.
P. Velim quidem hercle L. exquire: adest. quod satis sit, faciet. B. faciam.
P. Quid istæc mihi narras? an quia non tute ipse audisti dudum,
De hac re animus meus ut sit Laches? *illis modo exple animum.*
L. Quæso ædepol Bacchis, *quod mihi es pollicita, tute ut serves.*
B. Ob eam rem vis ut ego introeam? D. i, atque exple animum his, ut credant.
B. Eo, etsi scio pol his fore meum conspectum invisum hodie:
Nam nupta meretrici hostis est, à viro ubi segregata est.
L. At hæ amicæ erunt, ubi quamobrem adveneris, resciscent.
P. At easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognoverint:
Nam illas errore, & te simul suspicione exolvis.
B. Perii, pudet Philumenæ: *sequimini me intro huc ambæ.*
L. Quid est, quod mihi malim, quam quod huic intelligo evenire:
Vt gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi una prosit?
Nam si est, ut hæc nunc Pamphilum *vere ab se segregarit*
Scit sibi nobilitatem ex eo & rem natam, & gloriam esse:
Refertque gratiam ei: unaque nos sibi opera amicos junget.

Theses.

Nutrices ebriæ infantium sunt negligentiores.

Meretricibus nulla est neque religio, neque fides.

Ter-

Tormentis sæpe veritas exploratur.
Insolitum est meretrices conjugibus studere.
Levia errata οὐ ἁμαρτήματα non debent dissidii esse causæ.

ACT. V. SCEN. II.

The Argument.

Here Bacchis *promiseth the self-same thing to* Phidippus, *which a while ago she promised to* Laches, *and that she would go in to clear her self to* Sostrata *and* Myrrhina.

PHIDIPPVS. LACHES. BACCHIS.

I Will let you want nothing, but willingly it shall be given what you stand in need of: but look that when you have eaten and drunken enough, that the childes belly be filled.

L. Our sons father in law comes I see: he hath brought a nurse for the childe. O *Phidippus*, *Bacchis* sware a very great oath, that its nothing so.

P. What, is this she?

L. This is she.

P. In faith neither do these fear God, neither have the gods any regard of these, I think.

B. Well, I deliver you my maids, you may search it out of them by any torment for me. This matter I now have here in hand, I must bring it about, that for *Pamphilus* sake, his wife may return again: which if I can finish, the report will not grieve me, that I alone have done that, which other of my profession do often shun to do.

L. Master *Phidippus*, I have found in the very thing it self, that we have falsly suspected our wives, now let us on and try this woman, for if your wife can finde out for certainty, that she falsely beleeved the crime, she will asswage her anger: but if my sonne seem to be angry or displeased at all for that matter, because his wife was brought to bed, he not knowing of it, thats a small thing: he will quickly be pacified. Verily there is no evill in this thing, thats worthy of discord.

P. Marry I would it were so with all my heart.

L. Ask, she is present, she will do that which is sufficient.

B. I will do it.

P. Why dost thou tell me these things? what, because thou thy self heardst me not long since, *Laches*, tell you my minde concerning this matter? Onely I will you to satisfie their minds.

L. I pray you *Bacchis*, that you would keep touch with me in your promise.

B. It is your will therefore that I go my wayes in.

L. Go, and free your self from this suspition, that they may give credit to you.

B. I am going: albeit I know that they will not abide to look on me. For a married woman is an utter enemy to an Harlot, when she is parted from her Husband.

L. Yea, but these be your friends, when they shall know the cause of your coming.

P. Verily I give you my word that they will be friends with you, after that they shall know the matter. For thus you shall let them know the truth, and free your self also of suspition.

B. Out alas! I am ashamed of *Philumena*. Follow me in both of you hither.

L. What

L. Whats there in the world I rather desire to know, then that *Bacchis* without hindrance doe purchase favour, and also doe me a pleasure therewith? For if it be, as she saith, that she now indeed kept him no company at all, she knowes she shall have great credit by it, and riches and renowne: and she will recompence him, and with one labour make us all friends.

Sententiæ.

Nihil apud se servo fideli dominus liberalis defieri patiatur, quin quod opus sit, benigne præbeatur.

Si tu satur atque ebrius es, pauperes quod poteris, ut saturi sint, facito.

Scelesti nec metuunt deos, neque se hos respicere opinantur.

Non pœniteat te famæ, solum te facere aliquid, si justum, utile sit ac honestum, quod alii facere id fugitent.

Nupta meretrici hostis est, à viro ubi segregata est.

Digna res est ubi intendamus omneis nervos, quando scimus nobis nobilitatem ex eo, & rem natam, & gloriam esse: eademque opera, & bene merentis referre gratiam: & amicos simul conjungere.

ACT. V. SCEN. III.

Argumentum.

Per annuli, quem *Pamphilus* dederat *Bacchidi*, cognitionem, *Philumena* ab eo compressa, ostenditur.

PARMENO. BACCHIS.

Æ *Depol ne meam herus esse operam deputat parvi pretii,*
Qui ob rem nullam misit: frustra ubi totum desedi diem,
Myconium *hospitem dum expecto in arce* Callidemidem:
Itaque ineptus hodie dum illic sedeo, ut quisque venerat,
Accedebam: adolescens, dic dum quæso, es tu Myconius?
Non sum. Callidemides? *non. hospitem ecquem* Pamphilum
Hic habes? omnes negabant: neque enim quenquam esse arbitror.
Denique hercle jam pudebat: abii. sed quid Bacchidem
Ab nostro affine exeuntem video? quid huic hic est rei?
Ba. Parmeno, *opportune te offers, propere curre ad* Pamphilum.
P. Quid eo? B. dic me orare ut veniat. P. ad te? B. imo ad Philumenam.
P. Quid rei est? B. tua quod nihil'r fert, percontari desinas.
P. Nihil aliud dicam? B. etiam cognosse annulum illum Myrrhinam
Gnatæ *suæ fuisse, quem ipsus mihi olim dederat. P. scio.*
Tantumne est? B. tantum: adeo continuo, hæc ubi ex te audierit,
Sed cessas? P. minime equidem. nam hodie mihi potestas haud data est,
Ita cursando, atque ambulando totum hunc contrivi diem.
Ba. Quantam obtuli adventu meo lætitiam Pamphilo *hodie?*
Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas?
Gnatum *ei restituo, qui pene harum ipsiusque opera periit:*
Vxorem, quam nunquam est ratus posthac se habiturum, reddo:
Qua re suspectus suo patri, & Phidippo *fuit, exolvi.*

Hic

Hic adeo his rebus annulus fuit initium inveniundi.
Nam memini, abhinc menses decem fere ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, sine comite, vini plenum
Cum hoc annulo: extimui illico: mi Pamphile, *inquam amabo,*
Quid exanimatus es obsecro? aut unde annulum istum nactus?
Dic mihi: ille alias res agere se simulare: postquam id video,
Nescio quid suspicarier, magis cœpi instare, ut dicat
Homo se fatetur vi in via virginem rescio quam compressisse:
Dicitque se illi annulum, dum luctat, detraxisse:
Eum hæc cognovit Myrrhina *in digito modo me habentem:*
Rogat unde sit; narro omnia hæc; unde est cognitio facta,
Philumenam *esse compressam ab eo, & filium inde hunc natum.*
Hæc tot propter me gaudia illi contigisse lætor:
Etsi hoc meretrices aliæ nolunt; neque enim est in rem nostram,
Vt quisquam amator nuptiis lætetur. verum ædastor,
Nunquam animum quæsti gratia ad malas adducam partes.
Ego dum illo licitum est usa sum benigno, & lepido, & comi,
Incommode mihi nuptiis evenit, factum fateor;
At pol me fecisse arbitror, ne id merito mihi veniret.
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquum est ferre.

Theses.

Servi semper operam suam extollunt & laudant.

Curiositas præsertim in servis damnanda est.

Meretrix bona sæpe commodare potest, & omnes suspicione exolvere.

ACT. V. SCEN. III.

The Argument.

By the knowledge of the ring which Pamphilus *had given* Bacchis, Philumena *which was by him deflowred, is come to be knowne.*

PARMENO. BACCHIS.

IN troth my master makes very small account of my labour, which sent me on a needlesse arrand, where I sate idly all this day, whilst I looked for *Myconius Callemides* in the tower. And so I, like a foole, all the time while I did sit there, I went to every one that came, saying; Young man, I pray you tell me, are you *Myconius?* He would say, I am not. But then would I aske, Are you *Callemides?* and he did say no. And I againe: Have you not a stranger heere called *Pamphilus?* and every one denied it: for verily I thinke there is none such. At last now, to say the truth I was ashamed, I come my waies thence: but whats the matter I see *Bacchis* comming from our kinsmans house? What businesse hath this woman there?

B. O *Parmeno*, well met in good time: run with all haste to *Pamphilus*.

P. To what end?

B. Tell him that I desire him to come.

P. To you?

B. Nay marry, to *Philumena*.

P. Whats the matter?

B. Aske

B. Aske not of such things, that you have nought to doe withall.

P. Shall I say nothing else?

B. Yes, tell him that *Myrrhina* knew that Ring to have been her Daughters, which he himselfe gave me.

P. I know. Is here all that I shall tell him.

B. This is all: he shall be here by and by, after you have told him these things; But thou loitereſt.

P. Nay, Marry but I doe not, for I have no such liberty granted at this time: I have so spent this day with running and walking the streets.

B. How joyful a man have I made *Pamphilus* to day by my coming? How many waies have I pleasured him? how many cares have I rid him of? I restore to him his sonne, who was almost lost by their & his meanes: I deliver him his wife which he supposed never hereafter to have: I have freed him from that, for which his father and *Phidippus* suspected him. This Ring truly was the first finder out of all these matters, for I remember almost ten moneths agoe, that he came puffing and blowing to my house in the evening, and no body with him, well swilled with wine, having this Ring in his hand. I was forthwith afraid. I pray thee of love, my sweet heart *Pamphilus*, tell mee, why are you dismaid, or whence got you this ing, tell me. Now he seemed not to heare me, but to be occupied about some other matter: after I perceived that my heart gave me something was wrong, but I knew not what, therefore I began to urge him to tel me: at last the fellow confessed he had ravished a maide by the way, I know not whom: and said that he took from her the Ring, whilst he struggled with her. Now this *Myrrhina* knew that Ring I having it erewhile on my finger, shee askes mee where I had it: I tell her all these things: hereupon she knew that *Philumena* was deflowred by him: and thereupon this son was borne. I am glad that these joyes are befalne him for my sake, although other light huswives cannot away with this thing, for indeed its no commodity for us, that any lover should take delight in marriage: but in good faith I will never deale badly for lucre sake. I had a loving, pleasant, and courteous companion of him, whilst he might lawfully come unto me: so that I get no good by this marriage: I confesse the deed: yet verily I thinke that I have done it left that worthily should happen unto me. Good reason it is to suffer some losses of him, by whom I have received many commodities.

Sententiæ.

Servorum heri esse operam deputant parvi pretii, qui ob rem nullam mittunt, frustra ubi totum desident diem.

Tua quod nihil refert, percontari desinas.

Nolunt meretrices, ut amator quisquam, quia in rem suam non est, nuptiis lætetur.

Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquum est ferre.

ACT. V. SCEN. IV.

Argumentum.

Pamphilus maximo gaudio afficitur ex annuli cognitione quem olim dederat *Bacchidi*, ejusdem mirificè laudatur uxor.

PAMPHILVS. PARMENO. BACCHIS.

Vide mi Parmeno *etiam sodes, ut mihi hæc certa ac clara attuleris,*
Ne me in breve hoc conjicias tempus gaudio hoc falso frui.
Par. Visum est. Pam. certene? Par. certe. Pam. Deus sum, si hoc ita est.
Pa. verum reperies.
Pam. Mane dum sodes: timeo, ne aliud credam, atque aliud nuncies.
Par. Maneo. Pam. sic te dixisse opinor, invenisse Myrrhinam,
Bacchidem *annulum suum habere Par. factum. Pa eum, quem olim ei ded.:*
Eaque hoc te mihi nuntiare jussit: itane est factum? Par. ita inquam.
Pam. Quis me est fortunatior? venustatisque adeo plenior? egon. te
Pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? nescio. Par. at ego scio.
Pam. Quid? Par. nihil enim: nam neque in nuntio, nec in me ipso boni quid
sit scio.
Pam. Egone, qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,
Sinam sine munere à me abire? ab nimium me ingratum putas.
Sed Bacchidem *eccam video stare ante ostium:*
Me expectat credo: adibo. B. salve Pamphile.
Pam. O Bacchis, *ô mea* Bacchis, *servatrix mea.*
B. Bene factum, & volupe est. Pam. factis ut credam facis:
Antiquamque adeo venustatem obtines.
Vt voluptati obitus, sermo, adventus tuus, quocunque adveneris,
Semper fuit. B. at tu ecastor morem antiquum, atque ingenium obtines,
Vt unus hominum homo te vivat nunquam quisquam blandior.
Pam. Ha, ha, hæ, tune mihi isthuc? B. recte amasti, Pamphile, *uxorem tuam.*
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram:
Perliberalis visa est. Pam. dic verum. B. ita me dii ament, Pamphile.
Pam. dic mihi, harum rerum nunquid dixti jam patri?
B. nihil. Pam. neque opus est.
Adeo mutito: placet non fieri hoc itidem, ut in comœdiis,
Omnia omnes ubi resciscunt: hic, quos par fuerat resciscere,
Sciunt: quos non autem scire æquum est, neque resciscunt, neque sciunt.
B. Imo etiam hoc qui occultari posse facilius credas, dabo.
Myrrhina *ita* Phidippo *dixit, jurijurando meo*
Se fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum. Pam. optime est:
Speroque: hanc rem eventuram nobis ex sententia.
Par. Here, licetne me scire ex te, hodie quid sit, quod feci boni?
Aut quid isthuc est, quod vos agitis? Pam. non licet. Par. tamen suspicor.
Egone hunc ab Orco mortuum? quo pacto? Pam. nescis, Parmeno.
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærumna me extraxeris.
Par. An temere quicquam Parmenonem *prætercat, quod facto usus sit?*
Pam. Sequere me, intro, Parmeno, *Par. sequor, equidem plus hodie boni*
Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam. Plaudite.

Callipopius recensui.

Theses.

Theses.

Prudentis est circumspicere, ne falso gaudio fruatur.
Fortunatiores se deos esse censent.
Nuntio subito plerique sunt magis soliciti.
Heri grati esse cupiunt vel in servos læta annuntiantes.
Rarissime æmulæ uxores laudent.

ACT V. SCEN. IV.

The Argument.

Pamphilus *is exceeding joyfull that the Ring is knowne which he long since had given* Bacchis: *whose wife also is very highly commended.*

PAMPHILVS. PARMENO. BACCHIS.

LOok to it *Parmeno*, I pray thee, that these things be true and evident that thou hast told me, lest thou bring me now into a fools paradisse.

Par. I have had care of that.

Pam. What is true indeed?

Par. I verily.

Pam. I am in heaven then, if it be so.

Par. You shall finde it so.

Pam. I beseech thee tarry a while. I feare lest I should mistake you, and you to tell me one thing, and I thinke another.

Par. I will tarry.

Pam. I thinke these were your words, that my mother in law *Myrrhina*, hath found out that *Bacchis* hath her Ring.

Par. Thats it I told you.

Pam. The same Ring, which I gave to her long since, and that she willed thee to certifie me hereof, was not it even so?

Par. Yes, so I say.

Pam Who is more fortunate then I? or verily hath a better grace in delectable utterance? what shall I bestow on thee for these glad tidings? what shall I say? I cannot tell.

Par. But I can tell you.

Pam. What?

Par. Marry, nothing: for I know not wherein I have pleasured you, either by my self, or by my message.

Pam. What, should I permit thee to depart hence unrewarded, who hast of a dead man restored me to life? if I should do so, thou mightst thinke me too ungratefull a person. But lo now I see *Bacchis* her self stand here before the doore, I beleeve she staies for me, I will go unto her.

B. God blesse you *Pamphilus*.

Pam. O *Bacchis*, O my sweet heart *Bacchis*, and the preserver of my life. God save thee.

B. Its well done, and its a pleasure to me to hear it.

Pam. Yea, marry, your deeds make me beleeve your words, verily, you keepe still your old graee, that your meeting, your speech, your comming is alwayes gladsome, pleasant, and acceptable to any, wheresoever you have had hap to come.

B. Yea, but in good sooth you keep your old wont and naturall disposition, that there is not a more courteous and faire-spoken man alive.

P. Ha, ha, he, tell you me that?

B. O *Pamphilus*, you have not done amisse to love your wife, for I never saw her that I know of before to day, who seemes to be very franke hearted.

P. Tell me truly.

B. Its no otherwise as God be my help, *Pamphilus.*

P. Tell me, whether have you said any thing to my father of these matters, yea, or no?

B. I have said nothing.

P. Neither is it needfull, nay rather make no words of it, I like not of it that this should be done after the same maner and like sort as others have been, when every body knows all things in Comedies: those know, who ought to have known of it, but those who are not meet to know it, neither do know, nor shall know it.

B. Yea, verily, I will shew you how you may the more easily beleeve that this may be kept close, for so said *Myrrhina* to *Phidippus*, that she credited my oath, and therefore you were out of suspition with her.

Pam. Its most excellent, I hope this matter will come to passe as we would have it.

Pa. Master, may I be so bold as to know of you, what pleasure I have done you to day? or whats this thing that you are about?

Pam. You may not know.

Par. Yet I suspect what it should be, what have I restored you from death to life after this manner?

Par. O *Parmeno*, thou knowest not what a great pleasure thou hast done me to day, and out of how great trouble thou hast rid me.

Par. Yes, marry, I know, and I did it of set purpose.

Pam. I know this well enough.

Par. Can any thing slip *Parmeno*, thats needfull to be done?

Pam. Follow me in, *Parmeno.*

Par. I come after verily: I have done more good things this day unawares, then ever I did before this day wittingly. Be ye merry.

Sententiæ.

Vide ut aliis quæ narres certa & clara attuleris, ne eos tibi ludibrio habere mendax videaris.

Timor sæpe ut aliud credas facit, quando aliud nuntiatur.

Qui sinat bene merentem sine munere abire à se, nimis ingratus putaretur.

Fortunatior eo vivat nunquam quisquam, cujus abitus, sermo, adventus quocunq; advenerit, semper sit voluptati.

Haud æquum est, omnia omnes ut, nisi scire quos par est, rescisçant.

Non temere quicquam te prætereat, quod scito & facto usus sit.

Nonnulli plus boni faciunt nunquam imprudentes, quam unquam revera scientes.

FINIS.

PHORMIO TERENTII.

ACTA LVDIS ROMANIS L. POSTHVMIO ALBINIO, ET L. CORNELIO MERVLA, ÆD. CVR. EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO. L. ATTILIVS PRÆNESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. TIBIIS IMPARIB. TOTA GRÆCA APOLLODORI. EPIDICAZOMEMOS. FACTA IV. C. FANNIO, M. VALERIO COS.

FABVLÆ INTERLOCVTORES.

Phormio, a parasite.
Demipho, an old man.
Chremes, an old man.
Antipho, a young man.
Geta, a servant.
Dorio, a bawd.
Phædria, a young man.
Nausistrata, a matrone.
Cratinus, an advocate.
Hegio, an advocate.
Crito, an advocate.
Sophrona, a nurce.
Davus, a servant.

RATIO NOMINVM.

Phormio, ἀπὸ τῶν φορμῶν à sarmentis: unde nomen fabulæ.
Demipho, ἀπὸ τῦ δήμου φώτος, à claritate populi.
Chremes, vide supra Andr.
Antipho, vide Eunuch.
Geta, vide Adelp.
Dorio, ab accipiendis muneribus: δῶρον enim significat donum.
Phædria, vide supra.
Nausistrata, à ναῦς sig. navem. & στρατεία, quod sig. bellum vel expeditio.
Cratinus, à robore, quod est κράτος.
Hegio, ab ἡγέομαι præeo.
Crito, à κρίνειν, judicare.
Sophrona, à σωφρονεῖν, à modeste se gerendo.
Davus, vide supra.

Κωφὰ πρόσωπα.

Dorcium, *a waiting maide*, ἀπὸ τῆς δορκὸς, à dama.
Phanum, *a young girle*, ἀπὸ τῦ φανῦ à facula. vel à φαινόδω ab illustri forma.
Stilpho, *the name of a counterfeit Chremes*; στίλφον Mercurii stella, ob spendorem & formæ elegantiam sic nominata.

C. SVLPITII APOLLINARIS IN *PHORMIONEM* PERIOCHA.

CHremetis *frater aberat peregre* Demipho
Relicto Athenis Antiphone *filio.*
Chremes *elam habebat* Lemni *uxorem, & filiam :*
Athenis aliam conjugem, & amantem unice
Gnatum *fidicinam : mater è* Lemno *advenit*
Athenas : moritur : virgo sola (*aberat* Chremes)
Funus procurat. ibi eam visam Antipho
Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.
Pater, & Chremes, *reversi fremere : dein minas*
Triginta dant parasito, ut illam coniugem
Haberet ipse. argento hoc emitur fidicina :
Vxorem retinet Antipho, *à patruo agnitam.*

A BRIEFE ARGVMENT OF *C. SVLP. APOLLIN.* VPON *PHORMIO.*

D*Emipho* the Brother of *Chremes* was farre off; leaving his sonne *Antipho* behinde him at Athens: and *Chremes* had a wife and a daughter at Lemnum, which none knew of, and another wife at Athens, and his onely sonne in love with a singing wench; the mother came from Lemnum to Athens, and there died: and the maide alone (*Chremes* was not there) buried her. There *Antipho* having a sight of her, fell in love with her, and through the diligence of a parasite takes her to wife. But his father and *Chremes* being returned home, were starke mad at it: and thereupon do give to the parasite thirtie pounds, for him to marry her. With which money is bought the singing Wench: and *Antipho* keeps him with his wife, his uncle *Chremes* understanding who she was.

PRO.

[a] *Postquam Poeta vetus poetam non potest*
Retrahere à studio, & transdere hominem in otium:
Maledictis deterrere, ne scribat, parat.
Qui ita dictat, [b] *quas anteà fecit fabulas,*
Tenui esse oratione, & scriptura levi:
Quia nusquam scripsit insanum adolescentulum,
Cervam videre, fugere, & sectari canes,
Et eam plorare, orare ut subveniat sibi.
[c] *Quod si intelligeret, cum* * *stetit olim nova,*
Actoris opera magis stetisse, quam sua:
Minus multo audacter, quam nunc laedit, lederet:
Et magis placerent, quas fecisset fabulas.
[d] *Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,*
Vetus si poeta non lacessisset prior,
Nullum invenire prologum potuisset novum
Quem diceret, nisi haberet, cui maledicerat:
Is sibi responsum hoc habeat: in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant [f] *musicam*
Ille ad famem hunc ab studio studuit rejicere:
Hic respondere voluit, non lacessere.
[g] *Benedictis si certasset, audisset bene:*
[h] *Quod ab ipso allatum est, sibi esse id relatum putet.*
De illo jam finem faciam dicendi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite: [i] *apporto novam*
Epidacazomenon quam vocant comoediam
Graeci, Latini Phormionem *nominant:*
Quia primas parteis qui aget, is erit Phormio
Parasitus, per quem res agetur maxume.
Voluntas vestra si ad poetam accesserit,
[k] *Date operam, adeste aequo animo per silentium:*
Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus,
[k] *Cum per tumultum noster grex motus loco est.*
Quem actoris virtus nobis restituit locum,
Bonitasque vestra adjutans, atque aequanimitas.

a Hoc initium à destructione personae adversarii sumitur, conjunctum cum insinuatione personae Terentianae.
b Prosopopoeia, qua μιμητικῶς refert criminationem adversarii, ut imperitiam ejus ostendat.
c Accusat adversarium.
* Occupatio.
d Occupatio, qua excusat necessitatem ut invidiam declinet.
e Ratio prologi, ἀγωνιστικὴ praesertim.
f Poeticam, quia haec ars propter metricam rationem musicae est affinis.
g Proverbium. par pari referre.
h Haec patet cur sit ἀγωνιστικὸς. i. relativus prologus, quia accusat accusatorem, & criminatur.
i Postulat attentionem.
k Hinc patet, Hecyram ante Phormionem actam esse.

THE PROLOGVE.

SInce that the old Poet perceiveth he cannot with-hold our Poet from his endeavours, and put him to silence, he goeth about by taunts, to terrifie him from writing. And thus he gives at him. All the Comedies he hath hitherto made, are both rude in tearmes, and of no moment for matter; because he never writ that the young huntsman ever saw the Hinde in chace, and the Hound in pursuit, and the Hinde to distill her teares and bray for help. But if he knew it when that Comedie was played, it got the commendation rather by other mens well acting, then by the Authors good art, he would both lesse sharpe-

sharply censure other mens labours, and other men would more willingly commend his. If there be any that shall either thinke or say, that had not the old Poet provoked him first, the young could not have found out matter for a prologue, unlesse he had some body to reproach: let that man take this for an answer, that in musicke the prize is propounded to all that can play. The old Poet studied how to withdraw him from his muses; ours was content to answer him, but not to provoke him. If he had used me with good tearmes, I would have requited him, but now let him looke to be payed with such as be brought. But I will make an end of speaking against him, seeing he will make no end of offending against himselfe. I beseech you a little to attend to my purpose. My meaning is to set forth a new Comedie, which the Greeks call *Epidicazomenon*, the Latines *Phormio*: because the principall Actor in it is *Phormio* the parasite. Give therefore diligence that your acceptation may be answerable to my expectation, and bring with you both patience and silence, lest perhaps the like misfortune befall us, as happened in the Comedie *Hecyra*, when the tumult drave us from the stage: but the excellency of our Actor together with the help of your bountie and favour hath restored us unto our place.

Sententiæ.

Imperitorum est, doctos conviciis proscindere.

Sæpe magis actoris virtute stat comœdia, quam poetæ.

Qui quæ vult dicit, audiet quæ non vult.

Moderatioris ingenii est, non lacessere, sed respondere.

ACT. I. SCEN. I.

Argumentum.

Davus exiens dicit adferre se quam debet *Getæ* pecuniam: & hæc persona extra argumentum inducitur, cui rem gestam narraturus est *Geta*.

DAVVS servus.

a Davus hic protatica persona, nihil ad argumentum comœdiæ spectans.

AMicus summus meus, & popularis Geta
Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula
Jam pridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum, id ut conficerem: confeci: affero.
Nam herilem filium ejus duxisse audio
Vxorem: ei credo munus hoc corraditur.

b Exclamatio querentis de iniquitate fortunæ.

b *QVAM INIQVE comparatum est, hi, qui minus habent,*
Vt semper aliquid addant divitioribus!
Quod ille unciatim vix de demenso suo,
Suum defraudans genium, comparcit miser,
Id illa universum abripiet, haud existimans
Quanto labore partum: porro autem Geta.

c Perietur

c *Ferietur alio munere, ubi hera pepererit:*
Porro alio autem, ubi erit puero natalis dies:
Vbi[d] *initiabunt: omne hoc mater aufiret:*
Puer caussa erit mittundi. sed videone Getam?

c Non qui recipit, sed qui dat, præsertim invitus.
d Id est, consecrabunt.

Moralis expositio.

Hominis stulti & inconsiderati credulitatē vide, qui in usum suū, quod dederat, conversum arbitratus, seipsum bonis expleat, & aliis causa est, cur genialius vivant.

ACT. I. SCEN. I.

The Argument.

Davus *cometh forth and tels* Geta *that he bringeth the money he oweth: and this person is brought beside the argument, to whom* Geta *is about to utter that which is done.*

DAVVS a servant.

Geta my greatest friend, and countreyman too, came to me yesterday, for there was a little piece of money left long since, of a certaine reckoning betwixt us, that I might gather it up: and I have done so, and now do bring it him. For I heard that his masters sonne shall marry, and I beleeve, this money is scraped together for his use. But what an evill use is this, that those which have little, should adde ever somewhat to richer then themselves! for that which the poore wretch by little and little hath hardly gotten by scraping from his owne belly of his monethly pittance, every penny of that she will take from him, never regarding how hardly he came by it. Nay, and beside this, *Geta* shall be charged with another present at his mistresses childbirth, yea moreover with a third, at the feast of the childes nativitie: and also when they shall offer: all this the mother will take away from him, and the childe will be cause of his sending of presents. But doe not I see *Geta*?

Sententiæ.

Vel tenuioris fortunæ homines ditioribus donant & frequentius.

Peculiū multis largitionibus exhauritur

Subito aufertur id nonnunquam, quod unciatim vix de demenso, genio detraudato, comparatur.

ACT. I. SCEN. II.

Argumentum.

Geta narrat, quo sint profecti senes *Demipho* & *Chremes*: qua occasione cœperit amare *Demiphonis* filius *Antipho*.

GETA. DAVVS.

Si[a] *quis me quaret rufus. D. præsto est, desine. G. oh!*
At ego obviam conabar tibi Davet *D. accipe, hem:*
b *Lectum est, conveniet numerus, quantum debui.*

a ἀποσιώπησις secunda, nam apparet plura dicturum fuisse.

Davus protatica persona, cui Geta exponit occasionem fabulæ. b Eleganter dictum pro bono ac probo. Attentionis est ὑπόθεσις comœdiæ.

G. Ano

G. Amo te, & non neglexisse habeo gratiam.
D. Præsertim ut nunc sunt mores: adeo res rediit,
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.
Sed quid tu es tristis? G. egone? [d] nescis quo in metu, &
Quanto in periculo sim. D. quid istuc est? G. scies,
Modo, ut tacere possis. D. [e] abi sis, insciens:
Cujus tu fidem in pecunia perspexeris:
Vetere verba ei credere: ubi quid mihi lucri est
Te fallere? G. ergo ausculta. D. hanc operam tibi dico.
G. Senis nostri Dave *fratrem majorem* Chremem
Nostinc? D. quidni? G. quid, ejus gnatum Phædriam?
Tanquam te. G. evenit senibus ambobus simul,
Iter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquum: is senem per epistolas
Pellexit, modo non monteis auri *pollicens.*
D. Cui tanta erat res, & supererat? G. desinas:
[f] Sic est ingenium. D. ob regem me esse oportuit.
G. Abeuntes ambo hinc tum senes, me filiis
Relinquunt quasi magistrum. D. ô Geta, *provinciam*
Cepisti duram. G. mihi usu venit hoc, scio:
Memini relinqui me, deo irato meo.
Cœpi adversari primo: quid verbis opus est?
Seni fidelis dum sum, [g] scapulas perdidi.
D. Venere in mentem istæc mihi. nam quæ insciti est
[h] ADVORSVM stimulum calces? G. cœpi his omnia
Facere, obsequi quæ vellent. D. scisti uti FORO.
G. Noster mali nihil quicquam primo: hic Phædria
Continuo quandam nactus est puellulam
Citharistriam: hanc amare cœpit perdite.
[i] Ea serviebat leroni impurissimo:
Neque quod daretur quicquam, id curarant patres.
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere:
Nos otiosi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo, ex advorsum ei loco
Tonstrina erat quædam, hic solebamus fere
Plerunque cum opperiri, dum inde iret domum.
Interea dum sedemus illic, intervenit
Adolescens quidam lacrumans: nos mirarier:
Rogamus quid sit. nunquam æque, inquit, ac modo,
Paupertas mihi onus visum est & miserum, & grave.
Modo quando vidi virginem hic vicinæ
Miseram suam matrem lamentari mortuam.
Ea sita erat ex advorso, [k] neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra unam anicullam,
Quisquam aderat, qui adjutaret funus: miseritum est

d Duæ perturbationum bigæ sunt, à malis una, ex cupitis altera: ergo à malis bigis præsentis temporis periculum esse dicimus, & futuri metum.

e Reprehensio, quam confirmat à majori.

f Præparatio bona, qua dives & avarus describitur Demipho, indotatas nuptias filii ferre non possit.

g Scilicet cædendo.

h Paræmia cum eclipsi, deest enim jactare. Stimulum pro domino adolescente posuit.

i Magna præparatio ad rerum difficultatem imminentium: puellula citharistria, avarus leno, amator perditus. inopinati Prosopopœia commiserantis & occasio amoris Antiphonis.

k Πάθος à solitudine ἀνέκφυτον fit: quia res minuitur, crescit sententia.

Virgo

Virgo ipsa facie egregia, quid verbis opus est?
Commorat omnes nos: ibi continuo Antipho.
Voltisne eamus visere? alius, censeo:
Eamus: duc nos sodes. imus, venimus,
Videmus, virgo pulchra: & quo magis diceres,
Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem:
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida:
Lachrumæ, vestitus turpis, ut nisi bona
In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent.
Ille, qui illam amabat fidicinam, tantummodo
Satis, inquit, scita est:[1] *noster vero. D. jam scio:*
Amare cepit. G. scin quam? quo evadat, vide:
Postridie ad anum recta pergit: obsecrat,
Vt sibi ejus faciat copiam. illa enim se negat:
Neque cum æquum ait facere: illam civem esse Atticam
Bonam, bonis prognatam: si uxorem velit,
Lege id licere facere: sia aliter, negat.
Noster quid ageret, nescire: & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
D. Non, si rediisset pater, ei veniam daret?
G. Illene indotatam virginem, atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. D. quid sit denique?
G. Quid sit? est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui (illum dii omnes perdunt)
D. Quid is fecit? G. hoc consilium, quod dicam, dedit:
Lex est, ut orbæ, qui sunt genere proximi,
His nubant, & illos ducere eadem hæc lex jubet.
[m] Ego te cognatum dicam, & tibi scribam [n] dicam:
Paternum amicum me assimulabo virginis:
Ad judices veniemus, qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc
Confingam: quod erit mihi bonum, atque commodum.
Cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet.
Pater aderit: mihi paratæ lites: quid mea?
Illa quidem nostra erit. D. jocularem audaciam!
G. Persuasit homini; factum est, ventum est; vincimur;
Duxit. D. quid narras? G. hoc quod audis. D. ô Geta,
Quid te futurum est? G. nescio hercle: unum hoc scio,
Quod sors feret, feremus æquo animo. D. placet.
Hem istuc viri est officium. G. in me omnis spes est mihi.
D. Laudo. G. ad precatorem abeam credo, qui mihi
Sic oret: nunc omitte quæso hunc; cæterum
Posthac si quicquam, nihil precor, tantummodo
Non addat; ubi ego hinc abiero, vel occidito.
D. Quid ille pædogogus, qui citharistriam?
Quid rei gerit? G. sic tenuiter. D. non multum habet

1 Aposiopesis.

m Prosopopœia persona parasiti.
n Hic dicam nomen est.

Quod det fortasse. G. immo nihil, nisi spem meram.
D. Pater ejus rediit, an non? G. nondum. D. quid? finem
Quoad expectastis vestrum? G. non certum scio:
Sed epistolam ab eo esse allatam audivi modo, &
Ad portitores esse delatam. hanc petam.
D. Nunquid Geta *aliud me vis? G. ut bene sit tibi.*
Puer heus: nemon huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

Moralis expositio.

Quam violenta res sit amor, quæ præter se nihil pensi habet; sed omnia in discrimen adducere negliget, hac scena exprimitur.

ACT. I. SCEN. II.

The Argument.

Geta *telleth* Davus *whither* Demipho *and* Chremes *the old men are gone, by which occasion,* Antipho Demiphoes *sonne fell in love.*

GETA. DAVVS.

IF any red-head shall seek me.

D. He is even here at hand, say no more.

G. Hoe, I laboured *Davus* to meet thee.

D. Loe, hold you: its currant, there wants not a penny of that I ought you.

G. I beare you good will, for that you have not neglected my busineſſe: I give you heartie thanks.

D. Especially in this corrupt age, for the world is come to that passe, that a man must give him thanks, that payeth him home his own. But why are you so sad?

G. What I? you wot not what I feare, and how great perill I stand in.

D. What is that?

G. I will let you understand, so be it, you can keep it close.

D. Away foole, feareſt thou to credit him with words, that put'ſt him in truſt with thy money? What advantage were it to deceive thee in them?

G. Then heare me.

D. I will heare thee to the end.

G. Know you *Davus*, *Chremes* our old masters elder brother?

D. What lets me?

G. What? know you his sonne *Phedria*?

D. As well as I know thee.

G. Its fallen out, that both the old men should at one time take a journey, *Demipho* to goe to Lamnium, and our *Chremes* into Sicilie to an old friend of his, who hath inticed the old man with pleasant speeches by letters, promising golden mountaines.

D. To him that hath so much, and more then enough?

G. Hold thy peace, such is his nature.

D. Hoe, it is meet for me to be a rich man, for I could use it, if I had his wealth.

G. Both the old men, when they went at that time forth, left me as a tutor to their sonnes.

D. O *Geta*, thou hast taken a hard matter upon thee.

G. I know it, but this is no new thing with me: I know he left me, because my God was angry with me: at the first I withstood: but what needs many words? whilst I am faithfull to them, I have lost the use of my armes with batts.

D. I considered of these things, for what folly is it, to kicke against the pricks?

G. I have therefore begun to doe every thing for them, and to follow them in

in their mindes.

D. You are a right market man.

G. Our masters sonne *Antipho*, at the first behaved himself well: but this *Phedria* out of hand got him a certain singing wench, skilfull in musicke, and fell in love with her over the ears, who waited upon a very covetous filthy bawd: and their fathers had taken no order to leave any thing that they could give away: there was onely this for them to do, to delight their looks, to follow, and to go to and fro the dancing schoole with them. *Antipho* and I having nothing else to do, attended upon *Phedria*. Over against this schoole where she learned, was a certain Barbours shop: there commonly were we accustomed to tarry for her, till she should come out to go home. Now, on a time, whilest we sate there, came in the mean time before she came forth, a certain young man by us weeping: we marvelling at it, asked him, what should be the matter. Povertie was never so grievous and burthensome to me, saith he, as it is even now. I saw erewhile here in our gaterow, a poore maid, lamenting for her mother that was dead: she was set over against the place where her mother lay, never a one being with her, neither lover, nor acquaintance, nor kinsman, but onely a silly old woman, that would help her to bury her mother: this pitied me to see. The damsel is passing faire: what need I to stand long on this point? she stirred up all our affections: and then *Antipho* asked forthwith, shall we go see her? I think it meet so, said another, let us go, have us thither of love, said we to him that told us: on we go, thither we came, and behold her. The maide was beautifull: and that you may truly report it, it was without decking, to make her seeme better. Her haire hung about her eares, bare foot she was, she her selfe undressed: her cheeks were blubbered with teares: and she had on all her foule cloathes, so as these things should have utterly marred her face, but that there was a good naturall grace in the beauty it selfe: He that loved her, said onely thus much, her beauty is known well enough: but our friend *Antipho*.

D. I know he fell in love with her.

G. But do you know how? marke whither he goeth: the next day following he goes me straight to the old woman, & desireth her for Gods love to give him leave to take his pleasure on her. But the old woman denies him: for it is not meet so to do, saith she, she being a free denizen of Athens, well brought up, and of good parents: if he would marry her, he might do it by law, otherwise he should not be welcome there. Our young man knew not what he should do: he had a desire to marry her, but he feared his father, being from home.

D Would not his father have given him leave, if he had returned home?

G. Would he give him leave to marry a penniless wench, and a beggers brat? he would never do it.

D. Well what came of it at the last?

G. What would come of it? there is a certain Parasite called *Phormio*, an audacious fellow, I would his neck were broken.

D. What hath he done?

G. There is a law, saith he, that damsels left fatherlesse and motherlesse, should marry to the next of the kin, and this self same law doth command those of the next kindred to marry them: now therefore I will say you are her kinsman, and will enter an action against you in her behalfe, and I will make as though I were a friend of the maids father: and we will come before the Judge, and I will devise all these things to tel who was her father, who her mother, and how she comes to be your kinsman: which shall bee good

and

and pre ficable for me. For I shall surely overcome, when you shall refell none of these. Your father, it may be, will be present, processes will be out against me; care I any thing for that? we shall surely carry away the wench.

D. Thou tellest me a bold pranke of a merry mate.

G. The young man was perswaded to it; its done, the matter is come to the issue, and we are cast, and he hath married her.

D. What tellest thou me?

G. That which thou hearest.

D. O *Geta*, what shall become of thee?

G. Verily I know not; this one thing I know, what shall fall out by fortune, we shall patiently take it.

D. I like you well for that. Lo, that is the part of a wise man.

G. All my hope hangeth on my self.

D. I commend thee.

G. I beleeve I shall go to the spokesman, that shall thus intreat for me. I pray you now let him go, I will intreat no more for him hereafter, if he do the like, onely this, let him not adde: when I am gone hence, kill him and you please.

D. What doth Mr. *Phedria*, that loveth the Musician, whereabout goes he?

G. Even thus, barely.

D. It may be he hath not much to give her.

G. Verily nothing, but meer hope.

D. Is his father come home or no?

G. Not yet.

D. What? how long shall you look for your old master?

G. I know not certainly: but I heare say that a letter is brought from him of late, and carried to the customers of the haven: this will I go fetch.

D. *Geta*, wil you any thing else with me?

G. Nothing but God speed, that you may do well. Ho, boy, comes forth none hither? take this, give it to *Dorcy*.

Sententiæ.

*M*ulta incommoda accidunt domi, peregre absente domino.

Improbus magister, improbus discipulus.

Adversus stimulum calcitrare difficile est & inscitia.

Spectando puellam magis ardescit amator.

Paupertas multis, præsertim amatoribus, onus grave est.

Pulchritudo duplex, genuina, & affectata.

Consensus patris in matrimonio requiritur.

Phormiones nihil non sui ventris gratia agunt.

Quod sors fert, ferendum est æquo animo.

ACT. I. SCEN. III.

Argumentum.

Contendunt inter se adolescentes, uter eorum magis sit miser.

ANTIPHO. PHÆDRIA.

A Deon rem rediisse ut qui mihi consultum optime velit esse,
Phædria, *patrem extimescam, ubi in mentem ejus adventi venit:*
Quod ni fuissem incogitans, ita eum expectarem ut par fuit.
P. Quid istuc? A. rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?
Quod utinam ne Phormioni *id suadere in mentem incidisset,*

Neu me cupidum eo compulisset, quod mihi principium est mali.
[a] Non potitus essem : fuisset tum illos mihi ægre aliquot dies.
At non quotidiana cura hæc angeret animum. P. audio.
A. Dum expecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.
P. Alis quia desit quod amant, ægre est: tibi quia superest, dolet.
Amore abundas, Antipho.
Nam tua quidem hercle certe vita hæc expetenda optandaque est :
Ita me dii bene ament, ut mihi liceat tam diu quod amo frui,
Jam depacisci mortem cupio : tu conjicito cætera,
Quid ego[b] ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia.
[c] Vt ne addam, quod sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es :
Quod habes, ita ut voluisti, uxorem sine mala fama : palam
Beatus, ni unum hoc desit, animus qui modeste isthæc ferat :
Quod si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias.
Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet.
A. At tu mihi contra nunc videre fortunatus, Phædria,
Cui de integro est potestas etiam consulendi quid velis;
Retinere, amare, amittere : ego in eum incidi infœlix locum,
Vt neque mihi ejus sit amittendi, nec retinendi copia.
Sed quid hoc est? videone[d] ego Getam *currentem advenire huc ?*
Is est ipsus : hei timeo miser, quam hic mihi nunc rem nuntiet.

a Occupatio quæ solvitur à tempore.

b Collatio antithesi & paranomasia suam infelicitatem illustrat.

c Præteritio.

d Parasceue ad sequentem scenam.

Moralis expositio.

Quæ temere suscipiuntur, nec paratum secum consilium apportant, illorum pœnitentiam nos quamprimum subsequi solere, docet hæc scena.

ACT. I. SCEN. III.

The Argument.

The young men strive betwixt themselves, which of them should be more miserable.

ANTIPHO. PHEDRIA.

IS verily the matter come to this passe that I should (*ô Phedria*) be afraide of my father, when I think of his coming home, who wisheth that I were well provided for? But that I was so rash, I might have staied his coming home, as it was meet.

P. Whats the matter?

A. Dost thou aske, that art of counsell with me in this so rash an attempt? I would to God *Phormio* had not given mee that counsell: neither forced me thither after my lust, which is now the beginning of mischiefes to me: I had not obtained her. It would then have been a griefe to me for a while: but this continuall care could not trouble my minde.

P. I heare you.

A. Which I have, whilst I looke how soone he may come, who can breake this familiarity which I have with her.

P. It is a grief to others, because they want that they love, but it grieveth thee, for that thou hast more then thou wouldest. (*O Antipho*) thou art glutted with love, for in good faith, thy life is to be wished

wished and desired; so God love me, as I desire to die, if that I might so long injoy whom I love, as you have yours: guesse you at the rest, what griefe I conceive now of this want, and you of that abundance (that I may say nothing of this that thou hast obtained one of a good nature, well brought up with cost, and that thou hast a wife of an honest report, so as you have desired): every one might say you were blest, but that one thing is wanting, to wit, a minde that could moderately take these things: if you had to do with that bawd, with which I have to doe, then you should perceive your happy estate now: but such naturally are we all wellnie, that we can away with any thing but that which we are.

